& fi li o si mul a do ra tur & conglo ri fi



ca tur, qui lo cu tus est per Prophe tas. Et v nam

Sanctam Ca tho li cam, & A pos to li cam
Eccles

Credo de Strozzi.


325



Ec cle si am. Con fi te or v num Bap tis ma



in re mis si o nem pec ca to rum. Et ex pec-



to re sur re cti o nem mor tu o rum. Et vi-



tam ven tu ri sae cu li.



A men.



X 2

SEP:

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES CUM LITANIJS.

Antiphona. Ne reminiscaris.

Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine , quoniam infirmus sum : sana me Domine , quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde : sed tu Domine usquequo ?

Convertere Domine , & eripe animam meam : salvum me fac , propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui : in inferno autem quis confitebitur tibi ?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem : quo-

niam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam : Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur , & erubescant valde velociter.

Gloria Patri.

Psalmus.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates : & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir , cui non imputavit Dominus peccatum : nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inveteraverunt ossa mea : dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua. conversus sum in ærumna mea dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci : & iniustitiam meam.

NOB.

non abscondi.

Dixi, confitebor adversum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno.

Verumtamē in diluvio aquarum multarum: ad eum non appropinquabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In chamo, & fræno maxillarum constringe: qui non appropinquant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino, misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri.

Psalms.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in iram tua corripas me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus gravæ gravatæ sunt super me.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est;

X₃

de

dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsam non est mecum.

Amici mei, & proximi mei: adversum me appropinquaverunt, & steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt: & vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi: tu exaudies me Domine, Deus meus.

Quia dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine, Deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium Domine Deus salutis meæ.

Gloria Patri.

Psalmus.

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus

con-

conceptus sum : & in peccatis
concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexi-
sti: incerta, & occulta sapientia
tuæ manifestasti mihi.

Asperges me Domine hyssop-
po, & mundabor: lavabis me, &
super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium,
& lætitiā: & exultabunt ossa
humiliata.

Averte faciem tuam à pecca-
tis meis: & omnes iniquitates
meas dele.

Cor mundum crea in me
Deus: & spiritum rectum inno-
va in visceribus meis.

Ne proicias me à facie tua:
& Spiritum sanctum tuum ne
auferas à me.

Redde mihi lætitiā saluta-
ris tui: & spiritu principali con-
firma me.

Docebo iniquos vias tuas: &
impij ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus
Deus, Deus salutis meæ: &
exultabit lingua mea iustitiam
tuam.

Domine labia mea aperies:
& os meum annuntiabit lau-

dem tuam.

Quoniam si voluisses sacrifi-
cium, dedissem utique: holo-
caustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus con-
tribulatus: cor contritum, &
humiliatum Deus non despi-
cies.

Benignè fac Domine in bona
voluntate tua Sion: ut ædifi-
centur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium
iustitiæ, oblationes & holocau-
sta: tunc imponent super altare
tuum vitulos.

Gloria Patri.

Psalms.

Domine exaudi orationem
meam: & clamor meus
ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à
me: in quacumque die tribulor
inclina ad me aurem tuam.

in quacumque die invocave-
ro te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus
dies mei: & ossa mea sicut cre-
mium aruerunt.

Percussus sum ut foenum, &
aruit cor meum: quia oblitus
sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæsit
os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano
solitudinis: factus sum sicut ni-
cticorax in domicilio.

Vigilavit: & factus sum sicut
passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi
inimici mei: & qui laudabant
me, aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquam pa-
nem manducabam: & potum
meum cum fletu miscebam.

A facie iræ indignationis tuæ:
quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra decli-
naverunt: & ego sicut fœnum
arui.

Tu autem Domine in æter-
num permanens: & memoriale
tuum in generatione, & gene-
rationem.

Tu exurgens Domine mise-
reberis Sion: quia tempus mi-
serendi eius, quia venit tem-
pus.

Quoniam placuerunt servis
tuis lapides eius: & terræ eius
miserabuntur.

Et timebunt gentes nomen
tuum Domine: & omnes reges

terræ gloriam tuam:

Quia ædificavit Dominus
Sion: & videbitur in gloria
sua.

Respexit in orationem hu-
milium: & non spreuit preces
eorum.

Scribantur hæc in generatio-
ne altera: & populus qui crea-
bitur laudabit Dominum.

Quia prospexit de excello
sancto suo: Dominus de caelo
in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compe-
ditorum: vt solveret filios in-
teremptorum.

Ut annuntient in Sion nomen
Domini: & laudem eius in Je-
rusalem.

In conveniendo populos in
vnum: & Reges vt seruiant Do-
mino.

Respondit ei in via virtutis
suæ: paucitatem dierum meo-
rum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio
dierum meorum: in generatio-
nem, & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fun-
dasti: & opera manuum tuarum
sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem per
manes: & omnes sicut vestimen-
tum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis
eos, & mutabuntur: tu autem
idem ipse es, & anni tui non
deficient.

Elij servorum tuorum habi-
tabunt: semen eorum in sæcu-
lum dirigetur.

Gloria Patri.

Psalmus.

DE profundis clamavi ad
te Domine: Domine ex-
audit vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes:
in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris
Domine: Domine quis sustine-
bit?

Quia apud te propitiatio est:
& propter legem tuam sustinui
te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo
eius: speravit anima mea in Do-
mino.

A custodia matutina usque
ad noctem: speret Israel in Do-
mino.

Quia apud Dominum misericor-
dia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex om-
nibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri.

Psalmus.

Domine exaudi orationem
meam, auribus percipe
obsecrationem meam: in verita-
te exaudi me in tua iustitia!

Et non intres in iudicium cum
servo tuo: quia non iustificabi-
tur in conspectu tuo omnis vi-
vens.

Quia persecutus est inimicus
animam meam: humiliavit in
terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris
sicut mortuos sæculi: & anxia-
tus est super me spiritus meus, in-
me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquo-
rum, meditatus sum in omni-
bus operibus tuis: & in factis
manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te:
anima mea sicut terra sine aqua
tibi.

Velociter exaudi me Domi-
ne: defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à
me: & similis ero descendenti-
bus in lacum.

Litania.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam : quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine ad te confugi : doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet

me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri.

Antiphona.

Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam summas de peccatis nostris.

Litania solim duplicantur Sabbato Sancto, & in Vigilia Pentecostæ. In die verò Sancti Marci, & in triduo ante Ascensionem non duplicantur.

LITANIÆ.



Kyri e e lei son. Chriſte e lei son. Kyri e e leiſon.



Chriſte au di nos. Chriſ te ex au di nos.

Pater

Litania.



Pa	ter	de	cœ	lis	De	us,	Mi	se	re	re	no	bis.			
E	li	Re	demptor	mundi	Deus,						m	iferere	nobis.		
S	piritus	san	cte	Deus,								m	iferere	nobis.	
S	an	cta	Tr	in	itas	v	n	us	De	us.			m	iferere	nobis.



S	an	cta	Ma	ri	a,	O	ra	pro	no	bis.																										
S	an	cta	Dei	Ge	n	it	rix,				o	ra	pro	nobis.																						
S	an	cta	Vir	go	Vir	g	in	um;				o	ra.																							
S	an	cte	Mich	a	e	l,						o	ra.																							
S	an	cte	Gab	ri	e	l,						o	ra.																							
S	an	cte	Raph	a	e	l,						o	ra.																							
O	m	n	e	s	san	cti	Ang	e	l	i,	&	Ar	ch	an	g	e	l	i,	o	r	a	t	e.													
O	m	n	e	s	san	cti	be	a	t	o	r	u	m	s	p	ir	i	t	u	m	o	r	d	i	n	e	s,	o	r	a	t	e.				
S	an	cte	Io	an	n	e	s	B	a	p	t	i	s	t	a,							o	r	a.												
O	m	n	e	s	san	cti	P	a	t	r	i	a	r	ch	a	e	,	&	P	r	o	p	h	e	t	a	e	,				o	r	a	t	e.
S	an	cte	P	e	t	r	e,														o	r	a.													
S	an	cte	P	a	u	l	e,														o	r	a.													
S	an	cte	A	n	d	r	e	a,													o	r	a.													
S	an	cte	I	a	c	o	b	e,													o	r	a.													
S	an	cte	I	o	h	a	n	n	e	s,											o	r	a.													
S	an	cte	T	h	o	m	a,														o	r	a.													
S	an	cte	I	a	c	o	b	e,													o	r	a.													
S	an	cte	P	h	i	l	i	p	p	e,											o	r	a.													
S	an	cte	B	a	r	t	h	o	l	o	m	a	e	,							o	r	a.													
																				S	a	n														

Sancte Matthæ,	ora.
Sancte Simon,	ora.
Sancte Thadæ,	ora.
Sancte Matthia,	ora.
Sancte Barnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes sancti Apostoli, & Evangelistæ,	orate.
Omnes sancti Discipuli Domini,	orate.
Omnes sancti Innocentes,	orate.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vincenti,	ora.
Sancti Fabiani, & Sebastiane,	orate.
Sancti Ioannes, & Paule,	orate.
Sancti Cosma, & Damiane,	orate.
Sancti Gervasi, & Prothasi,	orate.
Omnes sancti Martyres,	orate.
Sancte Sylvester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Sancte Hieronyme,	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Nicolae,	ora.
Omnes sancti Pontifices, & Confessores,	orate.
Omnes sancti Doctores,	orate.
Sancte Antoni,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Bernarde,	ora.
Sancte P. Dominice,	ora.
	San.

Litania.

335

Sancte Pater N. Franciscæ.	ora.
Omnes sancti Sacerdotes, & Levitæ,	orate.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ,	orate.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lucia.	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Catharina;	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ;	orate.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei,	(intercedite pro nobis)



Pro pi ti us esto,	par ce no bis Do mi ne.
Propitius esto.	Exaudi nos Domine;
Ab omni malo,	Libera nos Domine;
Ab omni peccato;	Libera nos Domine;
Ab ira tua,	libera nos.
A subitanea, & improvisa mortē;	libera nos.
Ab insidijs diaboli,	libera nos.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate;	libera nos.
A spiritu fornicationis,	libera nos.
A fulgure, & tempestate;	libera nos.
A morte perpetua,	libera nos.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ;	libera nos.
Per Adventum tuum,	libera nos.
Per Nativitatem tuam,	libera nos.
Per Baptismum, & sanctum ieiunium tuum;	libera nos.
	Per

Per Crucem, & passionem tuam,	libera nos.
Per Mortem, & sepulturam tuam,	libera nos.
Per sanctam Resurrectionem tuam,	libera nos.
Per Admirabilem Ascensionem tuam,	libera nos.
Per adventum Spiritus sancti Paracliti,	libera nos.
In die Iudicij,	libera nos.




Pecca to res.	Te	ro ga mus	au di nos.
Ut nobis parcas,		Te	rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas,		Te	rogamus audi nos.
Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris,		te	rogamus.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & conservare digneris,		te	rogamus audi nos.
Ut domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris,		te	rogamus.
Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris,		te	rogamus.
Ut Regibus, & Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare digneris,		te	rogamus.
Ut cuncto populo Christiano pacem, & unitatem largiri digneris,		te	rogamus.
Ut nos metipso in tuo sancto servitio confortare, & conservare digneris,		te	rogamus.
Ut mentes nostras ad coelestia desideria erigas,		te	rogamus.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,		te	rogamus.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias,		te	rogamus.
Ut fructus terrae dare, & conservare digneris,		te	rogamus.
			Ut

Litania.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris,
te rogamus.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus.

Fili Dei, te rogamus.



Agnus Dei, qui tol lis pec ca ta mundi,



Par ce no bis Do mi ne.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

Exaudi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

Miserere.



Chri ste au di nos. Chri ste e xaudi nos.



Ky ri e e lei son, Chri ste e le i son, Ky ri e e lei son.

Pater noster. *Ps.* Et ne nos inducas. *Ps.* Sed libera nos.

Psalm

Psalmus. Exultent, & latentur in te
Deus in adiutorium meum
 intende: Domine ad ad-
 iuvandum me festina.

Confundantur, & revean-
 tur: qui quærunt animam meam.
 Avertantur retrorsum, &
 erubescant: qui volunt mihi
 mala.

Avertantur statim erubef-
 centes: qui dicunt mihi, Euge,
 euge.

Ÿ. Salvos fac servos tuos. R. Deus meus sperantes in te. Ÿ. Est o-
 nis Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici. Ÿ. Nihil profici-
 at inimicus in nobis. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere
 nobis. Ÿ. Domine non secundum peccata nostra facias nobis. R.
 Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Ÿ. Oremus
 pro Pontifice nostro N. R. Dominus conservet eum, & vivificet
 eum, & beatum faciat eum in terra & non tradat eum in animam
 inimicorum eius. Ÿ. Oremus pro benefactoribus nostris. R. Retri-
 buere dignare Domine omnibus nobis bona faciantibus propter
 nomen tuum vitam æternam. Amen. Ÿ. Oremus pro fidelibus de-
 functis. R. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua
 luceat eis. Ÿ. Requescant in pace. R. Amen. Ÿ. Pro fratribus no-
 stris absentibus. R. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperantes in
 te. Ÿ. Mitte eis Domine auxilium de sancto. R. Et de Sion tuere
 eos. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te
 veniat. Ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe de-
 precationem nostram: ut nos, & omnes famulos tuos, quos
 de-

delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Oratio.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribues benignus, & pacem.

Oratio.

Ineffabilem nobis Domine, misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, cripias.

Oratio.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur averte.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ; vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Oratio.

Deus à quo sancta desideria, recta consilia, & iuxta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquila.

Oratio.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Oratio.

Fidelium Deus omnium conditor, & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur.

Oratio.

Actiones nostras quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere; vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus, vt pro quibus effunde-

Ad communicandum infirmum.

re preces decrevimus, quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum. *ψ.* Dominus vobiscum. *℞.* Et cum spiritu tuo. *ψ.* Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus. *℞.* Amen. *ψ.* Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. *℞.* Amen.

De Sacramento Eucharistia.

Vaticum sacratissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi summo Audio, ac diligentia, ægrotantibus oportuno tempore procurandum est, ne fortè contingat illos tanto bono privatos decedere.

Si æger, sumpto viatico, dies aliquod vixerit, vel periculum mortis evaserit & communicari voluerit, eius desiderio non deerit.

Potest quidem viaticum brevi morituris dari non ieiunatis, id tamen diligenter curandum est, ne ijs tribuatur, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduum tussim, aliam, vel similem, morbum aliqua indecentia cum iniuria tanti Sacramenti timere possit. Ceteris autem infirmis, qui ob devotionem in egritudine communicanter, danda est Eucharistia ante omnem cibum, & potum, non eliten, ac ceteris fidelibus, quibus nec etiam per modicam medicinam ante aliquid sumere licet.

Advertendum est, quòd non convenit deferri Sacramentum Eucharistia ad infirmos, qui aliquo modo impediti illud sumere non possunt. Hoc prohibuit Pius V. Pont. Maximo, ac etiam Domini Cardinales de reformat. prohibent, dicentes: Non licet Sacrosanctam Eucharistiam deferre ad ægrotantes, qui morbi gravitate impediti sumere eam non possunt sed venerationis gratia solent eam deosculari: & si fortè aliquo in locotalis sit consuetudo prorsus est tollenda. Vide. Summ. Fr. Emman. Roderici, in verbo, Communio cap. 26. conclus. 3. in fine.

De ritibus ad communicandum infirmum.

IN primis, pulsatur campana capituli, & congregentur Fratres in Ecclesia, & Sacerdos primum lotis manibus, indutus amictu, alba, & stola,

Ad communicandum infirmum.

341

& pluviali albi coloris, ob longo, seu brevi, dicat ante altare: In nomine
 Patris, &c. & Antiph. Introibo, cum Psalm. & Confiteor, ut in Missali.
 Deinde accedit ad Altare. genuflectit, surgit, & accipit calicem, sine custo-
 diam, in qua ponit hostiam maiusculam, quam Fratribus ostensurus est, si-
 mulque unam aliam minorem, aut plures, iuxta numerum infirmorum,
 super calicem patena ponit, & teget velo serico. Hoc facto procedant
 processionaliter, hoc modo: Praecedit Acolythus deferens Crucem inter alios
 duos cum cereis accensis. Deinde fratres per ordinem cum candelis accensis,
 & ultimus Sacerdos, qui incedat habens pannum sericum longum super
 scapulas, & humeros, portetque Corpus Domini ante pectus elevatum,
 cum omni reverentia, & timore: deferatur pallium super Corpus Domini,
 & Sacerdotem. Inter eundem dicat Psalm. Misere, alternatim, cum alijs
 Fratribus, vel in medio tono, vel secundum consuetudinem. Cumque per-
 ventum fuerit ad locum, ubi iacet infirmus, Sacerdos ingressus cubiculum,
 dicat V. Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea. Et deposto
 calice super mensam, genuflectit Sacramento, surgit, & aspergit egro-
 tum in modum Crucis, postea circumstantes aqua benedicta, dicens Antiph.
 Asperges, cum V. Misere. & V. Gloria Patri, & Sicut erat, & repetit-
 ur Antiph. Deinde infirmus adoret, & deosculetur Crucem, dicens: Ado-
 ramus te Christe, & benedicimus tibi, qui per sanctam Crucem tuam
 redemisti mundum. Confiteor Deo, &c. & Sacerdos dicit, Miserear-
 tur, & Indulgentiam.

Oratio.

Dominus noster Iesus Christus, qui dixit Discipulis suis, quæ-
 cumque ligaveritis super terram, erunt ligata, & in caelo, &
 quaecumque solveritis super terram, erunt soluta, & in caelo; de
 quorum numero, quamvis indignos, nos esse voluit: ipse te absol-
 vat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis, quæcum-
 que cogitatione, locutione, operatione negligenter egisti: & à ne-
 xibus peccatorum absolutum perducere dignetur ad regna cœ-
 lorum: Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula
 sæculorum. Amen.

Postea Sacerdos accedit ad mensam, genuflectit, accipit Corpus Christi,
 & ostendit illud ijs qui adsunt; deinde dicit cum infirmo ter: Domine

non sunt dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea. *Deinde Sacerdos porrigens Corpus Domini infirmo, dicat.* Accipe fratre (vel soror) viaticum Corporis Domini nostri Iesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur ad vitam æternam. R. Amen. *Si verò communicatio non datur per modum viatici, dicat Sacerdos more ordinario.* Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen. *Postea abluat digitos super calicem vino & aquæ, vel alterutro; & præbeat infirmo nibil dicens.* Post viatici sumptionem, Sacerdos dicat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O REMUS.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, fideliter deprecamur: vt accipienti fratri nostro (vel sorori nostræ) sacrosanctum Corpus Domini nostri Iesu Christi filij tui, tam corporis, quam animæ, prosit ad remedium sempiternum. Amen.

Hic, peractis infirmus petit Sacramentum Extremæ Voluntatis, si cum forte necessitat rogat, & postea à Prelato habitum, brachias, & chordam, quibus corpus eius operiatur, vt sepulture mandetur: quibus à Prelato concessis, Sacerdos genuflectit, accipitque custodiam Corporis Christi; & eodem ordine in Ecclesiam revertatur, quo venerunt; dicendo Psalmum: Laudate. Veniens igitur Sacerdos ad Ecclesiam, ponit in medio Altaris Corpus Christi, genuflectit, surgit, & extrahit hostiam de calice; & ponit super patenam, & inter primos digitos tenens ostendit fratribus, circulo quodam vertens se ad ipsos. Interim à Fratribus genuflectis cantatur. V. Tantum ergo. Sacerdos verò finito circulo, reponit in capsula Corpus Domini, genuflectit, surgit, & abluat digitos aqua tantum, quæ mittitur sub Altari, in locum ad hoc deputatum. Sacerdos iterum genuflectit, & finito versu: Tanta ergo, cantor stans dicat. V. Panem de cælo prestisti eis. R. Omne delectamentum in se habentem. Tunc Sacerdos cantat. V. Saluum fac seruum tuum Domine; vel Ancillam tuam. Postea surgit, & stans in medio Altaris, & habens librum super Altare positum, manibus iuncti, dicit. V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Ad communicandum infirmum.

343

O R E M U S .

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos corporis, & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus.

Omnipotens sempiternæ Deus salus æterna credentium: exaudi nos pro infirmo famulo tuo, N. fratre nostro, pro quo misericordiæ tuæ imploramus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum. *Re. Amen.*

Tunc Sacerdos in medio Altari genuflectit, surgit, & accipit capsulam; & cum ea benedicit omnibus circumstantibus, nihil dicens. Prælati vero commendet fratribus infirmum, & facto per illum signo, vadant sub silentio in Sacristiam:

*De Sacro Eucharistia Sacularium omnia vt supra,
præter sequens.*

SA CERD. Creeis en Dios Padre todo poderoso, criador del cielo, y de la tierra: de las cosas visibles, è invisibles? *Re. Si creo. Sac.* Creeis en Jesu Christo su vnico hijo? *Re. Si creo. Sac.* Creeis en el Espiritu Santo? *Re. Si creo. Sac.* Creeis que Padre, y Hijo, y Espiritu Santo son tres personas, y vn solo Dios verdadero? *Re. Si creo. Sac.* Creeis que nuestro Señor Jesu Christo en quanto hombre, fue concebido por Espiritu Santo, y nasció de la Virgen santa Maria, quedando ella Virgen antes del parto, y en el parto, y despues del parto? *Re. Si creo. Sac.* Creeis que padeciò, y fue crucificado, y muerto por salvar los pecadores? *Re. Si creo. Sac.* Creeis que fue sepultado, y descendió à los infiernos, de adonde sacò las animas de los santos Padres, que estavan esperando su santo advenimiento? *Re. Si creo. Sac.* Creeis que al tercero dia resuscitó de entre los muertos, subió à los cielos, y està sentado à la diestra de Dios Padre, y de alli ha de venir al fin del mundo à juzgar los vos,

vos, y à los muertos? *R.* Si creo. *Sac.* Creéis que todos hemos de resuscitar en nuestros propios cuerpos, para que cada vno reciba galardón, ò castigo conforme à sus obras? *R.* Si creo.

Sac. Resta os de confessar los Sacramentos de la Santa Iglesia Catholica, por los quales nos salvamos. Creéis que la Iglesia Catholica, que es congregacion de los fieles Christianos, por el Bautifino, y por los otros Sacramentos, nos perdona Dios nuestros pecados, y nos haze herederos de su Reyno? *R.* Si creo. *Sac.* Creéis que por virtud de las palabras que Christo dixo en la vltima cena, y qualquier Sacerdote rectamente ordenado, por pecador, è indigno que sea, dize, se convierte la substancia del pan en Cuerpo de Christo, y la substancia del vino, en su Sangre: *Que esto que yo aora tengo en mis manos, es el verdadero Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo.* *R.* Si creo. *Sac.* Allende de esto, perdonais de coraçon, à todos los que os han hecho injuria, ò algun pesar? *R.* Si perdono. *Sac.* Pedis asimismo perdón, à aquellos que en algun tiempo, aveis ofendido, por palabra, ò por obra? *R.* Si pido.

AL TIEMPO DE COMULGAR.

S Eñor, no soy digno, que entreis en mi morada: mas por vuestra sola palabra, mi anima serà sana. *Sino huviere de comulgar el enfermo, diga:* Adórote Cuerpo de mi Señor Jesu Christo, y bendigote: que por tu santa Cruz, redemiste el mundo, Señor, redime la mi anima.

De Sacramento Extremæunctionis

Extremæunctionis Sacramentum à Christo Domino institutum, tanquam cœlestis medicina, non animæ solum, sed etiam corporis salutari: omni studio, ac diligentia periculose egrotantibus adhibendum est, & eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens, & ratio erget: ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro linuntur.

Ad unguendum infirmum.

345

Debet hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, & ijs qui præ senio deficiunt, & in diem videntur morituri, etiam si ne alia infirmitate.

Infirmiss autem, qui dum sana mente, & integris sensibus essent, illud petierint, seu verisimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis, etiamsi loquelam amiserint, vel amentes effecti sunt, vel delirarent, aut non sentiant, nihilominus præbeatur.

Quinque verò corporis partes præcipuè ungi debent, quas veluti sexam instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, os, & manus: attamen pedes etiam, & renes unguendi sunt. sed renum unctio in mulieribus, honestatis gratia, semper omittatur, atque etiam in viris, quando infirmus commodè moveri non potest; sed sive in mulieribus, sive in viris, alia corporis pars, pro renibus ungi non debet.

Manus verò, que reiquis infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius unguatur.

Circa duas ultimas unctiões, pedum scilicet & lumborum, Sotus in 4. sent. dist. 23. quest. 3. art. 3. & cum eo alij tenent, quòd prædictæ unctiões in Religionibus dimittuntur, specialiter unctio in lumbis, propter pudorem, & honestatem, & præcipuè prætermittenda sunt in feminis. In pedibus autem, ubi non est tanta pudoris ratio, potest unctio fieri. Idem tenet. Angles in floribus sup. 4. de Sacram. unct. diff. ult. Rinald. in ca. d. aur. 1. p. 5. de Extrema unctiõne, quest. 30.

Dum oculos, aures, & alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos ungit, caveat ne altero ipsorum iungendo Sacramenti formæ prius absolvat, quam ambo huiusmodi paria membra perunxerit.

Siquis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima unguatur eadem verborum formæ.

Decoremionijs adhibendis ad Sacramentum Extremæ unctiõnis.

IN primis congregatis Fratribus in sacristia, Sacerdos præparatus cum amictu superpelliceo, & stola violacei coloris, accipiat vas Olei, quod super patenam portabit; & præcedens Acolythus cum aqua benedicta, & subsequens alter Acolythus deferens Crucem, inter alios duos cum cereis accensis, & Fratres per ordinem, ultimusque Sacerdos, vadant processiona-

Ad vngendum infirmum.

littere dicentes alternatim Psalmus: Miserere.&c. Cumque pervenerint ad locum, ubi iacet egrotus, Sacerdos dicat V. Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea. Et collocato vase Olei super mensam, Sacerdos in modum Crucis aspergat egrotum aqua benedicta, dicens Antiphonam: Asperges me Domine. V. Miserere mei Deus, & Gloria Patri, & Sicut erat, & repetita Antiphona, Asperges me Domine, accedens iuxta egrotum, & stans alijs Fratribus genuflexis, dicat V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit coelum, & terram. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Introeat Domine Iesu Christe domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu, aeterna foelicitas, divina, prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus daemonum: adsint Angeli pacis, domumque hanc deferat effugata discordia.

Magnifica Domine super nos nomen sanctum tuum, & benedic nostrae conversationi (*benedicit cubiculum*) & sanctifica nostrae humilitatis ingressum. Qui sanctus & pius es, & permanens cum Patre, & Spiritu sancto in saecula saeculorum. R. Amen.

O R E M U S.

Deprecemur Dominum nostrum Iesum Christum, ut benedicens & benedicat hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo; det eis Angelum bonum custodem; faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua. Avertat ab eis omnes contrarias potestates, eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione; ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit & regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

O R E M U S.

Exaudinos Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum. R. Amen.

Deinde

Ad unguendum infirmum.

Deinde immediatè infirmus dicat: Confiteor Deo, Quo dicto, omnes Sacerdotes adstantes, eum absolvam in simul, dicentes: Misereatur tui, & Indulgentiam. & cetera. Tunc Fratres dicant Psalmos Pœnitentiales, ut habentur fol. 326. & Sacerdos dicat absolutè Orationem sequentem.

IN nomine Pa^{tris} & Filij, & Spiritus sancti extinguitur in te omnis virtus diaboli, per impositionem manuum nostrarum: (*manus imponit super infirmum*) imò per invocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum. *Re. Amen.*

Quo dicto, intinctio pollice in Oleo sancto, ungit egrotum in partibus subscriptis in modum Crucis: & ad unam quamque unctionem, sic dicat propriam orationem, que est forma huius Sacramenti.

PRIMUM AD OCULOS.

Per istam sanctam uncti^{onem}, & suam pijs^{simam} misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per visum. *Re. Amen.*

Et alius Sacerdos tergat locum inunctum cum stappa, reponens in vase mundo, & sic fiat post quamlibet unctionem,

AD AURES.

Per istam sanctam uncti^{onem}, & suam pijs^{simam} misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per auditum. *Re. Amen.*

AD NARES.

Per istam sanctam unctio^{nem}, & suam pijs^{simam} misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per odoratum. *Re. Amen.*

AD OS.

Per istam sanctam unctio^{nem}, & suam pijs^{simam} misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per gustum, vel illicitum sermonem. *Re. Amen.*

AD MANUS.

Per istam sanctam unctio^{nem}, & suam pijs^{simam} misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per tactum. *Re. Amen.*

Ad unguendum infirmum

Et advertatur, quod Sacerdotibus, ut dictum est, manus non unguantur interiorius, sed exteriorius.

AD PEDES.

Per istam sanctam unctio ✠ nem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per incessum.
Re. Amen.

AD LUMBOS.

Per istam sanctam unctio ✠ nem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per ardorem libidinis. *Re. Amen.*

Hec autem unctio ad lumbos, ut dictum est, omittitur semper in foeminis, & etiam in viris, qui ob infirmitatem via, aut sine periculo moveri non possunt.

Et si infirmus fuerit in tali agonia, quod ante unctioes predictas timeatur de eius morte; hoc modo sunt abbrevianda, quot facta confessione, & absolutione, si per tempus licuerit (vel ea omittendo) unget omnes predictas partes ab una ad aliam discurrendo, interim dicens:

Per istam sanctam unctioem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per vi ✠ sum, per au ✠ ditum, per odo ✠ ratum, per gu ✠ stum, per ta ✠ ctum, per incessum, per ardorem libidinis. *Re. Amen.*

Si autem infirmus adhuc vixerit, tunc Sacerdos cetera omnia, que pretermisit exequatur.

Quibus peractis, Sacerdos genuflexis genibus dicat sequentes Litanias, cui omnes, qui aderunt, etiam genuflexi, respondeant.

K Yrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.	
Sancta Maria,	ora pro eo.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli,	orate pro eo.
Sancte Abel,	ora.
Omnis Chorus Iustorum,	ora.
Sancte Abraham,	ora.
Sancte Ioannes Baptista,	ora.
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ.	orate.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
	Sancte

Ad unguendum infirmum.

349

Sancte Andræa,	ora.
Sancte Ioannes,	ora.
Omnes sancti Apostoli, & Evangelistæ,	orate.
Omnes sancti Discipuli Domini,	orate.
Omnes sancti Innocentes,	orate.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti.	ora.
Omnes sancti Martyres,	orate.
Sancte Syluester,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Omnes sancti Pontifices, & Confessores,	orate.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Pater N. Francisce,	ora.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ,	orate.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Lucia.	ora.
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ,	orate.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei,	intercedite pro eo.
Propitius esto,	parce ei Domine.
Propitius esto.	libera eum Domine.
Propitius esto.	libera.
Ab ira tua,	libera.
A periculo mortis,	libera.
A mala morte,	libera.
A pœnis inferni,	libera.
Ab omni malo,	libera.
A potestate diaboli,	libera.
Per Nativitatem tuam,	libera.
Per Crucem, & passionem tuam,	libera.
Per Mortem, & sepulturam tuam,	libera.
Per gloriosam Resurrectionem tuam,	libera.
Per Admirabilem Ascensionem tuam,	libera.

Per

Per gratiam Spiritus sancti Paracliti,

libera:

In die Iudicij,

libera.

Peccatores,

te rogamus audi nos.

Ut ei parcas,

te rogamus audi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie leison. Pater noster. *secrete.*

V. Et ne nos. R. Sed libera nos.

V. Salvum fac servum tuum Domine. R. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei Domine auxilium de sancto. R. Et Sion tuere eum.

V. Esto ei Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non appo-
nat nocere ei.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum loquutus es: infirma-
tur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orent
super eum, ungentes eum Oleo sancto in nomine Domini: & ora-
tio fidei salvabit infirmum: & alleviabit eum Dominus: & si in pec-
catis sit, dimittentur ei: cura quæsumus Domine Redemptor noster
gratia Spiritus sancti languores istius infirmi, & sua sana vulnera,
eiusque dimitte peccata: atque dolores cunctos cordis, & corporis
ab eo expelle, plenamque ei interius, exteriusque sanitatem miseri-
corditer redde: vt ope misericordie tue restitutus ad pristina repa-
retur officia. Qui cum Patre, & eodem Spiritu sancto vivis, & reg-
nas in sæcula sæculorum. R. Amen.

O R E M U S.

Respice quæsumus Domine famulum tuum N. in infirmitate
sui corporis laborantem: & animam resove, quam creasti, vt
pijs castigationibus emendatus, sentiat se tua medicina salvatum:
Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedi-
ctionis tue gratiam ægris infundendo corporis, facturam
tuam

Ad vngendum infirmum.

tuam multiplici pietate custodis: ad inuocationis nominis tui benignus assiste, vt famulum tuum N. ab ægitudine liberatum, & sanitate donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ, sanctisque altaribus tuis, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum. *ꝛ.* Amen.

OREMUS.

Dominus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te reficiat: circa te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt te benedicat. Qui in Trinitate perfecta vivit, & regna in sæcula sæculorum. *ꝛ.* Amen.

Pro infirma:

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. *secretus.*

ꝿ. Et ne nos. *ꝛ.* Sed libera nos.

ꝿ. Salvam fac ancillam tuam Domine.

ꝛ. Deus meus sperantem in te.

ꝿ. Mitte ei Domine auxilium de sancto. *ꝛ.* Et de Sion tuere eam.

ꝿ. Esto ei Domine turris fortitudinis. *ꝛ.* A facie inimici.

ꝿ. Nihil proficiat inimicus in ea.

ꝛ. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

ꝿ. Dominus vobiscum.

ꝛ. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum loquutus es: infirmatur quis in vobis; inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orabit super eum, vngentes cum Oleo sancto in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum: & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit demitentur ei: cura quæsumus Domine Redemptor noster gratia Spiritus sancti languores istius infirmæ, & sua sana vulnera, eiusque dimitte peccata: atque dolores cunctos cordis, & corporis ab ea expelle, plenamque ei interius, exteriusque sanitatem misericorditer redde: vt ope misericordiæ tuæ restituta, ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre, & eodem Spiritu sancto vivis, & regnas in sæcula sæculorum. *ꝛ.* Amen.

ORE:

52

Ad vngendum infirmum.

OREMUS.

Respice quæsumus Domine famulam tuam N. in infirmitate sui corporis laborantem: & animam refove, quam creasti, vt pijs castigationibus emendata, sentiat se tua medicina saluatam. Per Christum Dominum nostrum. *Rz.* Amen.

OREMUS.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cûstodis ad invocationem nominis tui benignus assiste, vt famulam tuam N. ab ægritudine liberatam & sanitate donatam, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ, sanctisque altaribus tuis, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum. *Rz.* Amen.

OREMUS.

Dominus Iesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te reficiat: circa te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt te benedicat. Qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in sæcula sæculorum. *Rz.* Amen.

His peractis, & relicta Cruce coram infirmo, revertuntur ad Sacramentum ordine quo venerunt, & stupa proijcitur in ignem.

Forma absolutionis Fratrum, & Monialium in articulo mortis.

Authoritate Dei, & Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum eius Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mihi commissa, & tibi concessa, ego te absolvo ab omni sententia excommunicationis maioris, vel minoris, si quam incurristi, & restituo te vnitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Item eadem authoritate Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & etiam Domini Papæ Summi Pontificis

Ordo commendationis Anima.

353

tificis mihi in hac parte commissa, in quantum claves Ecclesiæ se extendunt; si ista vice moriaris, absolvo te ab omnibus pœnis in Purgatorio debitis propter culpas, & offensas, quas contra Deum, animam tuam, & proximum tuum commisisti. Si verò ista vice non moriaris, reservo tibi hanc plenariam Indulgentiam concessam à Domino Papa pro ultimo articulo mortis tuæ: vt in ea commisione præfatæ indulgentiæ Domini nostri Papæ continetur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

¶ *Eadem forma est ad vngendum infirmum Sacularem.*

Ordo Commendationis Anima.

Primùm dicuntur *Litania*, quæ habentur in *Extrema Unctione*, deinde cum in agone sui exitus anima anxietur, dicantur sequentes *Orationes*.

Oratio.

Proficiscere anima Christiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit. In nomine Iesu Christi, Filij Dei vivi, qui pro te passus est. In nomine Spiritus sancti, qui in te effusus est. In nomine Angelorum, & Archangelorum: in nomine Thronum, & Dominationum: in nomine Principatum, & Potestatum: in nomine Cherubim, & Seraphim: in nomine Patriarcharum, & Prophetarum: in nomine Sanctorum Apostolorum, & Evangelistarum: in nomine Sanctorum Martyrum, & Confessorum: in nomine Sanctorum Monachorum, & Eremitarum: in nomine Sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, hodie sit in pace locus tuus, & habitatio tua in sancta Sion. Per eundem.

OREMUS.

Deus misericors, Deus clemens, Deus qui secundum multitudinem miserationum tuarum, peccata poenitentium des: & præteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas:

ref:

respice propitius super hunc famulum tuum (*vel* super hanc famulam tuam) N. & remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo (*vel* in ea) pijsime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum; vel quidquid diabolica fraude violatum est: & unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Misere Domine gemituum: misere lacrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte: Per Christum.

O R E M U S.

Commando te omnipotenti Deo, charissime fratre (*vel* charissima soror) & ei, cuius es creatura, committo: vt cum humanitatis debitum, morte interveniente, persolveris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, revertaris. Egreddenti itaque animæ tuæ de corpore, splendidus Angelorum cœtus occurrat: Iudex Apostolorum tibi senatus adveniat: candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te Confessorum turma circundet, iubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat: mitis atque festivus Christi Iesu tibi aspectus appareat, qui te inter assidentes sibi iugiter interessè decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus satanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te, comitantibus Angelis, contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Confundantur igitur, & erubescant omnes tartaræ legiones, & ministri satanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Constituat te Christus filius Dei vivi, intra paradisi sui semper

Ordo commendationis Anima: 355

amoena virentia, & inter oves suas te verus ille pastor agnoscat. ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & presens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus (vel constituta) igitur inter agmina beatorum, contemplationis divinæ dulcedine potiaris, in sæcula sæculorum. *ꝛ. Amen.*

Oratio.

Suscipe Domine servum tuum (vel ancillam tuam) in locum sperandæ sibi salvationis à misericordia tua. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Domine animam servi tui (vel ancillæ tuæ) ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Enoch, & Eliã de communi morte mundi. *ꝛ. Amen.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Noe de diluvio. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Abraham de Ur Chaldeorum. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Iob de passionis suis. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Isaac de hostia, & de manu patris sui Abrahæ. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Lot de Sodomis, & de flamma ignis. *ꝛ. Amē.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Moysem de manu Pharaonis, Regis Ægyptiorum. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Daniele de lacu leonum. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu Regis iniqui. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Susannam de falso crimine. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Domine animam servi tui, sicut liberaisti David de manu Regis Saul, & de manu Goliæ. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Libera Dñe. animam servi tui, sicut liberaisti Petrum, & Paulum de carceribus. *ꝛ. Amen.* *ꝑ.* Et sicut Beatissimam Theclam Virginem, & martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberaisti: Sic liberare digneris animam huius servi tui, & tecum facias in bonis congaudere cœlestibus. *ꝛ. Amen.*

Com mendat us tibi Domine animam famuli tui N. (*vel famu-
 læ tuæ*) præcamurque te Domine Iesu Christe, Salvator mundi,
 ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, Pa-
 triarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce Do-
 mine creaturam tuam, non ad ijs alienis creatam, sed à te solo
 Deo vivo, & vero: quia non est alius Deus præter te, & non est se-
 cundùm opera tua. Lætifica Domine animam eius in conspectu
 tuo, & ne memineris idiquitatum eius antiquarum, & ebrietatum,
 quas suscitavit furor, sive fervor mali desiderij. Licet enim pec-
 caverit; tamen Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum non nega-
 vit, sed credidit, & zelum Dei in se habuit, & Deum qui fecit om-
 nia fideliter adoravit. Amen. Delicta iuventutis, & ignorantias
 eius quæsumus, ne memineris Domine: sed secundùm magnam
 misericordiam tuam, memor esto illius in gloria claritatis tuæ.
 Aperiantur ei Cœli, colletentur illi Angeli. In Regnum tuum
 Domine servum tuum (*vel ancillam tuam*) suscipe. Suscipiat eum
 (*vel eam*) Sanctus Michael, Archangelus Dei, qui militiæ cœlestis
 meruit principatum. Veniat illi obviam Sancti Angeli Dei, &
 perducant eum (*vel eam*) in civitatem cœlestem Hierusalem. Sus-
 cipiant eum (*vel eam*) beatus Petrus Apostolus, cui à Deo claves
 Regni Cœlestis traditæ sunt. Adiuvet eum (*vel eam*) Sanctus Pau-
 lus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro
 eo (*vel pro ea*) Sanctus Ioannes electus Dei Apostolus, cui reve-
 lata sunt secreta cœlestia. Orent pro eo (*vel pro ea*) omnes Sancti
 Apostoli, quibus à Domino data est potestas ligandi, atque sol-
 vendi. Intercedant pro eo (*vel pro ea*) omnes Sancti, & electi Dei,
 qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt: &
 vinculis carnis exutus (*vel exuta*) pervenire mereatur ad gloriam
 Regni Cœlestis; præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum
 Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum.
 &c. Amen.

LITANIÆ LAURET. B. M. V.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi
nos. Chrtiste exaudi nos.

Pater de Coelis Deus,	miserere ei.
Fili Redemptor mundi Deus,	miserere ei.
Spiritus Sancte Deus,	miserere ei.
Sancta Trinitas vnus Deus,	miserere ei.
Sancta MARIA.	Ora pro eo.
Sancta Dei Genitrix,	ora pro eo.
Sancta Virgo Virginum,	ora pro eo.
Mater Christi,	ora pro eo.
Mater Divinæ Gratia,	ora pro eo.
Mater Purissima,	ora pro eo.
Mater Castissima,	ora pro eo.
Mater Inviolata,	ora pro eo.
Mater Intemerata,	ora pro eo.
Mater Amabilis,	ora pro eo.
Mater Admirabilis,	ora pro eo.
Mater Creatoris,	ora pro eo.
Mater Salvatoris,	ora pro eo.
Virgo Prudentissima,	ora pro eo.
Virgo Veneranda,	ora pro eo.
Virgo Prædicanda,	ora pro eo.
Virgo Potens,	ora pro eo.
Virgo Clemens,	ora pro eo.
Virgo Fidelis,	ora pro eo.
Speculum iustitiæ,	ora pro eo.
Sedes sapientiæ,	ora pro eo.
Causa nostræ lætitiæ,	ora pro eo.

358 *Ordo commendationis Animæ,*

Vas spirituale,	ora pro eo.
Vas honorabile;	ora pro eo.
Vas insigne devotionis,	ora pro eo.
Rosa Mystica,	ora pro eo.
Turris Davidica;	ora pro eo.
Turris eburnea,	ora pro eo.
Domus aurea,	ora pro eo.
Fœderis arca,	ora pro eo.
Janua Cœli,	ora pro eo.
Stella Matutina;	ora pro eo.
Salus infirmorum,	ora pro eo.
Refugium peccatorum;	ora pro eo.
Consolatrix afflictorum,	ora pro eo.
Auxilium Christianorum,	ora pro eo.
Regina Angelorum,	ora pro eo.
Regina Patriarcharum,	ora pro eo.
Regina Prophetarum,	ora pro eo.
Regina Apostolorum,	ora pro eo.
Regina Martyrum,	ora pro eo.
Regina Confessorum;	ora pro eo.
Regina Virginum,	ora pro eo.
Regina Sanctorum omnium;	ora pro eo.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.	
Parce ei Domine.	
Agnus Dei qui tollis peccata mundi.	
Exaudi eum Domine.	
Agnus Dei qui, tollis peccata mundi.	
Miserere ei.	
ψ. Ora pro eo Sancta Dei Genitrix.	
℞. Ut dignus efficiatur promissionibus Christi.	

ORE:

O R E M U S.

Succurre Domina pijsissima, & Sanctissima semper Virgo Maria huic famulo tuo fratri nostro N. (*vel* famulæ tuæ) in omnibus necessitatibus eius semper, & vbique, in præsentibus angustijs, & tribulationibus suis; in transitu animæ eius à corpore, & conuerte tribulationem anime eius, & adiuua eum ò Misericordissima Domina, & libera illum à principe tenebrarum, & à nequitijs, & terroribus eius: & concede ei, ò purissima Virgo, vt bonum finem, & perseverantiam sanctam consequi mereatur. Deprecare benignissimum Filium tuum, verum Deum, & verum hominem, vt ipse suscipiat animam eius in pace, qui ex te suscepit carnem suam immaculatam, & sanctissimam sine virili commixtione, Iesus Christus Dominus noster: Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Si anxietur adhuc anima, dicuntur hi Psalmi, videlicet: Confitemini Domino. Fol. 399. & totus Psal. Beati immaculati, per Horas distributus. Egressa autem anima dicitur hoc. R. Subvenite Sancti Dei, occurrere Angeli Domini. * Suscipientes animam eius. * Offerentes eam in conspectu Altissimi, *ÿ.* Suscipiat te Christus, qui vocavit te, & in sinum Abrahæ Angeli deducant te. * Suscipientes. *ÿ.* Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat ei. * Offerentes. *Deinde* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster *secreto.* *ÿ.* Et ne nos. *R.* Sed liberanos à malo. *ÿ.* Requiem æternam. *R.* Et lux. *ÿ.* Aporta inferi. *R.* Erue Domine. *ÿ.* Requiescat in pace. *R.* Amen. *ÿ.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor. *ÿ.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui N. (*vel* famulæ tuæ) vt defunctus (*vel* defuncta) sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem humane conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Corpora defunctorum in oratorijs, vel in quocumque loco vel in Ecclesia ponenda sunt pedibus versus Altare, Presbyteri verò habeant caput versus Altare.

Si quis die festo sive sepeliendus. Missa propria pro defunctis, presente corpore, celebrari poterit, aum tamen Conventualis. Missa, & Officia Diuina non impediuntur.

Constituto tempore, tum Fratres facto signo cum campana congregantur in Sacrificia inde procedent processionaliter, hoc modo: Precedit Acolythus cum vase aque benedictæ, & aspersorio: sequitur Subdiaconus cum Cruce, inter duos Acolythos cum candelabris accensis: deinde Fratres per ordinem: Ultimò Sacerdos cum Diacono à sinistra portante manuale. Cum ventum fuerit ad locum, ubi adest corpus, Subdiaconus cum ceroferarijs, sistit se ad pedes feretri cum Cruce, & Sacerdos, cum Diacono, ad caput (alijs omnibus à duobus choris circum feretrum stantibus) cantat, Diacono librum tenente, ac prosequentibus omnibus.



Ky ri e eleison, Christe eleison, Ky ri e eleison.

Deinde Pater noster, quod secretè complendo, ministrante Diacono aspersorium, sine osculo manus, ter aspergit corpus: & reddito aspersorio, Diacono, eodemque librum tenente, dicit.

Ÿ. Et ne nos inducas. R. Sed libera nos.

Ÿ. In memoria æterna erit iustus. R. Ab auditione.

Ÿ. Ne tradas bestijs animam consistentem tibi. R. Et animam pauperis tui (vel pauperis tuæ) ne obliviscaris in finem.

Ÿ. Non intres in iudicium cum seruo tuo (vel cum ancilla tua) Domine. R. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Ÿ. Aporta inferi, R. Erue Domine. Ÿ. Requiescat in pace.

Ÿ. Domine exaudi.

Ÿ. Dominus vobiscum.

OREMUS.



Suscipe Domine animam famuli tui fratris nostri N. (vel ancillæ tuæ sororis nostræ N.) quam de ergastulo huius sæculi vocare dig-

vel *Monialium.*

361

dignatus es: & libera eam de locis pœnarum: vt quietis, ac lucis
 æternæ beatitudine perfruatur, & inter Sanctos, & electos tuos in
 resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum. R. Amen.

*Deinde Fratres vadunt ordinatè portantes corpus in Ecclesiam, & duo
 Cantores incipiunt.*





vit te; & in sinu Abraham Angelii



deducant te. Suscipientes. Re-



quiescunt in domo aeternae gloriae eius



Domine, et lux perpetua luceat



ceat eius. * Offertus. Kyrie eleison



Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Finito Responsorio sine Kyrie eleison, & deposito corpore in Ecclesia, & Cruce ad caput feretri, Cantores incipiant inuocatorium stantibus alijs.



R Egem cui omnia uiuunt. * Veni tei a sdo re-



mus. *Pf.* Venite exultemus Do mino, iubi le mus De-



o fa lu ta ri nostro: praecupemus fa ci em eius in



con fessi o ne, & in psalmis iu bi lemus e i. Regem.



Quoniam Deus magnus Dñus, & Rex magnus super omnes
Deos.

364

Ad sepeliendum Fratrem,

De os, quoni am non repellet Dominus plebem suam,



quia in manu eius sunt omnes fines terræ,




& al ti tu dines mon ti um ip se conspi cit.



* Veni te. Quo ni am ip si us est mare, & ip se



fe cit illud: & a ri dam fundaverunt manus e-

ius. Veni te a do remus, & proci damus ante
Deum.

vel Monialium.

365




De um ploremus coram Do mi no, qui se cit nos,



qui a ip se est Do mi nus De us nos ter, nos



au tem po pul us e ius, & oves pas cu æ e ius:



Regem. Ho di e si vo cem e ius audie ri tis, no-



li te ob du ra re corda ves tra, si cut in e xa-




cer ba ti o ne se cun dum di em ten ta ti o nis in

de a

366


Ad sepeliendum Fratres;




deserto, vbi tentaverunt me patres vestri,




probaverant: & viderant opera mea. * Ve-




ni. Quadraginta annis proximus fuige nera-



nti o ni hu ic; & dixi semper hi errant corde:



ip si verò non cognoverunt vias meas: quibus



in iu ra vi in i ra mea, si in tro i bunt in
requiem



re qui em me am, Re gem. Re qui em æ ter-



nam dona e is Domine, & lux per pe tu a



lu ce at e is. * Ve ni te. Re gem ca i Ve ni te.



Aria. Di ri ge Do mine Deus me us, in conspectu



tu o, vi am me am. p. Sæculorum. A men.

Verba mea auribus percipe
Domine: intellige clamorem meum:

Intende voci orationis meæ:
Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: Domi-

nè, mane exaudies vocem meam:

Mane affabo tibi, & videbo:
quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus:
neque permanebunt iniusti

iusti ante oculos meos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: iudica illos Deus.


Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritaverunt te Dñe.

Et latentur omnes qui sperant in te: in aeternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine, vt scuto bonae voluntatis tuae: coronasti nos. Requiem aeternam, &c.





mam me am: quo ni am non est in morte, qui



me mor fit tu i. Sa cu lo rum. Amen.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Miserere mei Dñe, quoniam infirmus sum, sana me Dñe, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Turbatus est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsque quo?

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dñs vocē fletus mei.

Convertere Dñe, & eripe animam meam: saluū me fac, propter misericordiam tuam.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Quoniam non est in morte, qui memor fit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur, & erubescant valde velociter.

Laboravit in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum


Requiem æternam, &c.



Antiph. Con ver te re Do mi ne, & e ri pe a ni mam




man me am: quo ni an non est in mor te,




qui me mor sit tu i. *Antiphona.*



Ne quan do ra pi at, vt le o a ni mam



me am, dum non est qui re dimat, neque



qui sal vum fa ci at. Sæ cu lo rum. Amen.

Domine Deus meus in te speravi: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat vt leo ani-

mam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. Domine Deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si

Si reddidit retribuētibz mi-
hi mala: decidam meritō ab
inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animā
meam, & comprehendat, & cō-
culcet in terram vitam meam:
& gloriam meam in pulverem
deducat.

Exurge Domine in ira tua: &
exaltare in finibus inimicorum
meorum.

Et exurge Domine Deus
meus in præcepto, quod man-
dasti: & Synagoga populorum
circundabit te.

Et propter hanc in altum re-
gredere: Dominus iudicat po-
pulos.

Iudica me Domine secundū
iustitiam meam: & secundū
innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia pecca-
torum, & diriges iustum: scru-
tans corda, & renes Deus.

Iustum adiutorium meū à

Domino: qui salvos facit rectos
corde.

Deus iudex iustus, fortis, &
paciens: numquid irascitur per
singulos dies?

Nisi conversi fueritis gla-
dium suum vibravit: arcum suū
tetendit, & paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis:
sagittas suas ardentibus effe-
cit.

Ecce parturijt iniustitiam:
concepit dolorem, & peperit
iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit
eum: & incidit in foveam quam
fecit.

Convertetur dolor eius in
caput eius: & in verticem ipsius
iniquitas eius descendet.

Confitebor Domine secun-
dū iustitiam eius: & psallam
nomini Domini altissimi.


Requiem æternam: dona
&c.

Antiphona.





me am, dum non est qui re dimat, neque



qui sal vum fa ci at.

✠. A porta inferi. ℞. Erue Domine animas eorum. Pater noster. *10-*
tum secretò.

LECTIO PRIMA:

Parce mihi Domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? Aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo: & subito probas illum. Usquequo non parcis mihi: nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi. Quid faciam tibi, ò custos hominum! Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum gravis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam: & si mane me quæsieris, non subsistam.



℞. Credo quod Redemptor me us





vi vit, & in no vis si mo di-

e de

vel Monialem.

173



Aa *



p. Et in car ne. Ky ri e e lei son.

LECTIO SECUNDA.

TÆdet animam meam vitæ meæ: dimittam aduersum me elo-
quium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam
Deo: noli me condemnare. Indica mihi: cur me ita iudices. Num-
quid bonum tibi videtur, si calumniaris me: & opprimas me opus
manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues? Numquid oculi
carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu videbis? Numquid sicut
dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, vt quæ-
ras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Et scias quia
nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.



Re. Qui La za rum re sus ci tal ti a



monumen to foe ti dum. p. Tu e is



Domine do na re quem, & lo cum in dul-

gen-



gen ti a. ψ. Qui ven tu rus e-



s iu di ca re vi vos, & mor-



tu os, & sæ cu lum per ig-



nem. p. Tu e is. Ky ri e e lei son.

LECTIO TERTIA.

MANUS tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu tu, & sic repente præcipitas me? Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & impulverem reduces me. Nonne sicut lac mulisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle, & carnibus vestisti me, ossibus, & nervis compegisti me. Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

Si hoc Nocturnum tantum dicatur, Sacerdos cum Pluviali, afficia-

376

Ad sepeliendum Fratrem;

tus cum Diacono à dextris, & Subdiacono à sinistris cum Dalmaticis, cantat suprascriptam Lectionem: qua finita (si dicenda sit Missa) cantetur ut habetur Fol. 424. Finita Missa, Sacerdos retrahit se ad cornu Epistolæ, & depositis Planeta, & Manipulo, resumit pluviale, & sedit se ad pedes defuncti cum Diacono à sinistris eius; Subdiaconus vero accipit Crucem, & sociatus cum acolythis cum candelabris, & candelis accensis, sedit se ad caput defuncti; interim cantatur à Choro Responsorium: Domine quando veneris, &c. sine Kyrie eleison, quo finito dicit absolute Oratione sine oremus, Non intres in iudicium, &c. ut supra Fol. 405; Si non sequatur Missa, finita tertio Lectione cantetur Responsorium: Domine quando veneris, &c. sine Kyrie eleison. Postea Sacerdos dicat absolute Oratio. Non intres in iudicium, ut sup. Qua finita prosequuntur alia Responsoria, Fol. 405. Nisi prosequantur secundum, & tertium Nocturnum.

The image shows three staves of musical notation for a Responsorium. The notes are square and placed on a four-line staff with a dashed middle line. The lyrics are written below the notes.

The first staff contains the lyrics: *re. Do mi ne quan do ve ne ris*.

The second staff contains the lyrics: *on iu di ca re ter ram, v bi me ab-*.

The third staff contains the lyrics: *con: iudicium à vul tu iustit iæ tu*.

The text *2. p.* is written in the bottom right corner of the page.

vel Monialem.


377



p. Qui a pec ca vi di mis




in vi ta me a. *γ.* Commiffa



me a pa vel co, & ante te



e ru bef co: dum ve ne ris iu di ca re,



no li me con dem na re.



p. Qui a. *γ.* Re qui e m

378

Ad sepeliendum Fratrem;

æ ter nam: do na e is Do mi ne, &



lux perpe tu a lu ce at e-



i s. p. Qui a. Ky ri e e lei son.

Si hoc Nocturnum tantum dicendum sit, finito Responsorio. Domine quando veneris: sine Kyrie eleison, dicitur Oratio, Non intres in iudicium. Fol. 405. nisi dicenda sit Missa, quiatunc, dicta Missa, dicitur Oratio, Non intres, vt supra.

In secundo Nocturno. Antiphona.



In lo co pas cu æ i bi me collo ca vit.



Sæ cu lo rum. Amen.

Do:

Dominus regit me, & nihil
mihī de erit: in loco pas-
cuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis
educavit me: animam meam
convertit.

Deduxit me super semitas
iustitiæ propter nomen suum.

Nam etsi ambulavero in me-
dio umbræ mortis, non timebo
mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus:
ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectum meo
mensam: adversus eos qui tribu-
lant me.

Impinguasti in oleo caput
meum: & calix meus inebrians,
quàm præclarus est.

Et misericordia tua subse-
quetur me: omnibus diebus vi-
tæ meæ.

Et ut inhabitem in domo
Domini: in longitudinem die-
rum.

Requiem, &c.

Antiphona.



In lo co pas cu æ i bi me col-




lo ca vit.

Antiphona.



De li cta iu ventu tis me æ, & igno ranti as me ras,



ne me mi ne ris Do mi ne. Sæ cu lorum. Amen.

AD te Domine lavavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: etenim vniversi qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus salvator meus, & te sustinui tota die.

Remiscere miserarionũ tuarum Domine: & misericordiarum tuarum quæ à sæculo sunt.

Delicta iuventutis meæ: & ignorantias meas ne memineris.

Secundũ misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis, & rectus Dominus: propter hoc legem dabit de-

linquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

Vniversæ viæ Domini misericordiæ & veritas: requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo, qui timet Dominum: legem statuit ei in via, quam elegit?

Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius, vt manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, & miserere mei: quia vnicus, & pauper sum ego.

vel *Monialium.*

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt : de necessitatibus meis erue me,

Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt : & odiō iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, & erue me : non erubescam quoniam speravi in te.

Innocentes, & recti adhæserunt mihi: quia sustinuit te.

Libera Deus Israel: ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem.

Antiphona.



De li cta iu ven tu tis me æ, & ig no ran ti as



me as ne me ni ne ris Do mi ne.

Antiphona.



Cre do vi de re bo na Do mi ni in ter ra



vi ven ti um. Sæ cu lo rum. Amen.

Do.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo.

Unam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Domini: & visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, & immolavi in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavit ad te: miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini in terra viventium.


Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Requiem æternam, &c.

Antiphona.



Cie do vi de re bo na Do mi ni in




ter ra vi ven ti um.

℣. Collocet eos Dominus cum Principibus. ℞. Cum principibus
populi fui. Pater noster, *totum secretò.*

LECTIO QUARTA.

Responde mihi: quantas habeo iniquitates, & peccata, scele-
ra mea, & delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscon-
dis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento
rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.
Seribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis pecca-
tis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & obser-
vasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.
Qui quasi putredo consummendus sum, & quasi vestimentum
quod comeditur à tinea.



℣. Memento me i De us, qui a ventus est




est vi ta me a. p. Nec aspi ci at me



vi fus ho mi nis. ⁊ De pro fun dis



clama vi ad te Do mi ne, Do mi ne



e xau di vo cem me am.



p. Nec aspi ci at. Ky ri e e lei son.

LECTIO QUINTA.



Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur: & fugit velut umbra, & numquam in eodem ftatu permanet. Et dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos, & adducere eum

REGUM

vel Monialem.


385

tecum in iudicium? Quis potes facere mundum de immundo conceptum femine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat sicut mercenarij dies eius.





i dum ve ne ris in no vis si mo



di e. y. A ni ma me a



tur ba ta est val de, sed tu Do mi ne



fur cur re e i. p. Mi se-



re re. Ky ri e e lei son.

LECTIO SEXTA.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscon-
das me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tem-
pus, in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rursum vivat?

Cun-

vel Monialem.

387

Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis.

re. Ne re corde ris pec ca ta me a
 Do mi ne. p. Dum ve ne ris
 iu di ca re fa cu lum per
 ig nem. y. Di ri ge Do
 mi ne De us me us in conspectu tu.

Bb

Ad sepeliendum Fratrem,



o vi am me am. p. Dum ve-



ne ris. y. Re qui em æ ter nam do na



e is Do mi ne, & lux per pe tu a



lu ce at e is. p. Dum ve ne-



ris. Ky ri e lei fon.



Compla ce at ti bi Do mi ne, vt

Antiph.

cri



e ri pi as me, Do mine ad ad iu van.



dum me res pi ce.

Sæ cu lo rum. A men.

EXpectans expectavi Domi-
num: & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas, &
eduxit me de lacu miseriae, &
de luto facis.

Et statuit supra petram pe-
des meos: & direxit gressus
meos.

Et immisit in os meum can-
ticum novum: carmen Deo
nostro.

Videbunt multi, & timebunt:
& sperabunt in Domino.

Beatus vir, cuius est nomen
Domini spes eius: & non respe-
xit in vanitates, & infanias fal-
sas.

Multa fecisti tu Domine Deus
meus mirabilia tua: & cogitatio-
nibus tuis non est, qui similis sit
tibi.

Annuntiavi, & locutus sum:
multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium, & oblationem
noluisti: aures autem perfecisti
mihi.

Holocaustum, & pro pecca-
to non postulasti: tunc dixi, ecce
venio.

In capite libri scriptum est de
me, vt facerem voluntatem
tuam: Deus meus volui, & le-
gem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi iustitiam tuam in
Ecclesia magna: ecce labia mea
non prohibebo, Dñe tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi
in corde meo: veritatem tuam,
& salutare tuum dixi,

Non abscondi misericordiam
tuam, & veritatem tuam: à con-
cilio multo.

Ad sepeliendum Fratrem;

Tu autem Domine, ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuvandum me respice.

Confundantur, & reverentur simul qui quærunt animam meam: vt auferant eam.

Convertantur retrorsum, & revereantur: qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent, & latentur super te omnes quærentes te: & dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaveris.

Requiem, &c.

Antiphona.

Compla ce at ti bi Do mi ne, vt

e ri pi as me, Do mi ne ad a i u u

T

Bp s

May




van dum me respi ce.

Antiphona.



Sa na Do mi ne a ni mam me am, qui a



pec va vi ti bi. Sæ cu lo rum. Ameu.

BEatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberavit eum Dominus.

Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tardat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: univ ersum fractum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: adversum me cogitabant mala mihi.

Verbū iniquum constituerunt adversum me: numquid qui dormit, non adjiciet vt resurgat?

Bb 3

Ete:

Ad sepeliendum Fratrem,

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi: qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam tuis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me: quoniam non gau-

debit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus: à sæculo & vsque in sæculum: fiat, fiat.

Requiem, &c.

Antiphona.

Sa na Do mi ne a ni mam me am, qui a

pec ca vi ti bi.

Antiphona.

Si ti vit a ni ma me a ad De um vi vum,

quando ve ni am, & ap pa re bo an te

fa:



fa ci em Do mini?

Sæ cu lorum. Amen.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie. Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo: quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea à memorero tui de terra Iordanis, &

Hermonijm à monte modico.

Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excella tua, & fluctus tui: super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei: & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Requiem æternam dona eis, &c.

Ad sepeliendum Fratrem,

Antiphona.



Si ti vit a ni ma me a ad De um vi-



vum, quando ve ni am, & ap pa re bo



an te fa ci em Do mi ni

ŷ. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. R. Et animas paupe-
 tu n tuorum, nec obliviscaris in finem.

Pater noster, totum secretò.

LECTIO SEPTIMA.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solùm mi-
 hi superest sepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus mo-
 ratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cu-
 iusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitatio-
 nes meæ desipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt
 in diem, & rursùm post tenebras spero lucem. Si sustinero, infer-
 nus domus meæ est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini
 dixi, Pater meus es, mater meæ, & soror meæ vernibus. Ubi est ergo
 nunc præstolatio meæ, & patientiam meam quis considerat?

R. Pec-

vel Monialem.

195



Re. Peccantem me quoti di e, & non me pœni-



ten tem ti mor mor tis con tur bat



me. p. Qui a in in fer no nul la est re-



demp ti o: mi fe re re me i De us,



& fal va me. y. De us in no-



mi ne tu o fal ym me fac, & in virtu-


te



te tu a li be ra me. *p.* Qui a. Ky ri e e leison.

LECTIO OCTAVA.

Pelli mea, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misere mini mei, misere mini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tete git me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim, quod Redemptor meus vivit: & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursus circumdabo pelle mea, & in carne mea videbo Deum salvatorem meum: Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.




re. Do mi ne secundum ac tum me um no-



li me ni ius di ca re: ni hil

vel Monialcm.



dignam in conspectu tu o e gi,



i de o de pre cor ma ief-



ta tem ru am. p. Ut uul tu De us



de le as i ni qui ta te m



me am. y. Am pli us la va



me Do mi ne ab in iu sti ti a me a,



&




Quando in die depositionis dicuntur tres Nocturni, Sacerdos cum Pluvia. Si dicit Lectionem sequentem eo modo, quo notatur post tertiam Lectionem primi Nocturni. Fol. 375.

LECTIO NONA.

QUARE de vulua eduxisti me, qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret? Fuisset quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevis? Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum, ante quam vadam, & non revertat ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Terram miseriae, & tenebrarum, vbi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.





Ad sepeliendum Fratrem,



æ ter nam do na e is Do mi ne,



& lux per pe tu a lu ce at e is.



p. Qui e rant. Ky ri e e lei son.

Finito hoc Responsorio, sine Kyrie eleison, dicitur Missa, ut habetur Fol. 429. Sequens Responsorium solummodo dicitur in crastino Omnium Defunctorum: & quando cumque pro defunctis dicuntur novem Lectiones. Quando autem dicuntur simul tres Nocturni, in die depositionis Fratris defuncti, novum Responsorium dicitur: Libera me Domine de vijs inferni, Quia Responsorium: Libera me de morte æterna, dicitur ante Officium sepultura.



Re. Li be ra me Do mi ne de mor te æterna



æ ter na in di e il la tre men-



da. *p.* Quando cœ li mo ß ven di funt, &



ter ra. *p.* Dum ve ne ris iu di ca re sæ



cu lum per ignem. *ψ.* Tremens factus sum ego



& ti me o dum dis cu si o ni ve ne rit,



atque ven tu ra i ra. *p.* Quando. *ψ.* Di es

illa,

Ad sepeliendum Fratrem,



il la, di es i ræ, ca la mi ta tis, &



mi fe ri ræ, di es magna, & a ma ra val-



de. p. Dun ve ne ris. y. Requi em æ ter-



nam do na el is. Do mi ne, & lux perpe-



itua y lu ce at e in is. Li be ra.



Ky ri e e lei son,

In die depositionis, post ultimum Responsorium, si tempus congruum fuerit, cantetur solemniter Missa de die depositionis, ut habetur Fol 429. Qua finita. Sacerdos retrahit se ad cornu Epistolæ, ubi exiit casula, & depresso manipulo, accipit Pluviale nigrum; vel si non celebratur Missa, dicto ultimo Responorio, & facta reverentia Altari, sive Sacramento genuflexione, cum ministris, Subdiaconus accipit Crucem, & vadit inter duos Acolythos cum candelabris accensis, & sedit se ad pedes feretri contra Altare, medius inter duos Acolythos tenentes luminaria: Celebrans verò ex alia parte in capite feretri, inter Altare, & feretrum, aliquantulum versus cornu Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat; à sinistris eius Diaconus, & prope eum alij duo Acolythi deferentes thuribulum, & vas aquæ benedictæ; ceteri Fratres in circuitu feretri cum luminariis accensis; tunc Celebrans absolute inipiat sine Oremus orationem sequentem.

NON intres in iudicium cum servo tuo Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum quæsumus, tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat, sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, quæ dum viveret insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis. Qui vivis, & regnas Deus, per omnia sæcula seculorum. Amen.

Finita Oratione, cantatur à Choro Re. Subvenite, &c. Fol. 361. Et circa illius finem Celebrans ponit incensum in thuribulo, benedicens illud more solito, Diacono naviculam ministrante: & finito Kyrie eleison, incipit intelligibile voce, Pater noster, & secreto proseguendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi absque osculo manus, & facta Altari reverentia, seu Sacramento genuflexione, à Diacono verò facta genuflexione, sive Altari, sive Sacramento, comitante eodem Dia-

Ad sepeliendum Fratrem,

cono à dextris, & tenente sinbriam anteriorem Pluvialis, circuiens fere-
trum, aspergit illud aqua benedicta, ter à parte dextera, & ter à si-
nistra. Cùm transita ante Crucem, profundè inclinat, Diaconus verò
genusetit: postea de manu eiusdem Diaconi accipit thuribulum, & eo-
dem modo quo aspererat, incensat, & rediens ad pristinum locum, Dia-
cono librum tenente, iunctis manibus dicit, *ψ.* Et ne nos inducas, &c.
ψ. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

DEUS, cui omnia vivunt & cui non pereunt moriendo cor-
pora nostra, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, vt suscipit iubeas animam famuli tui, N. per manus sanctorum
Angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahæ Patriarchæ,
resuscitandamque in novissimo iudicij magni die; & quidquid vi-
tiorum, fallente diabolo contraxit, tu pius, & misericors abluas in-
dulgendo. Per Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen.

*Finita Oratione cantatur à Choro Responsorium, Ne recorderis, in
quo, & in sequenti Responsorio, Sacerdos benedicit incensum, aspergit, &
incensat, vt suprà.*

℞. Ne recorderis, Fol. 387. Pater noster. *ψ.* Et ne nos inducas.
ψ. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

FAC quæsumus Domine, hanc cum servo tuo N. defuncto mi-
sericordiam, vt factorum suorum in pœnis non recipiat vi-
cem, qui tuam in votis tenuit voluntatem, vt sicut hic eum vera
fides iunxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ Ange-
licis Choris. Per Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen.

*Finita Oratione cantatur à Choro Responsorium, Liberame Domine
de morte æterna, cum suis versibus, Fol. 398. Quo finito, Sacerdos
dicit, Pater noster. ψ. Et ne nos. ψ. A porta inferi. ψ. Requiescat
in pace. ψ. Domine exaudi. ψ. Dominus vobiscum.*

O R E:

O R E M U S.

Absolve quæsumus Domine animam famuli tui, N. vt defunctus sæculo tibi vivat, & peccata, quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.

Pro Defuncta.

NON intres in iudicium cum ancilla tua Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eam quæsumus, tua iudicialis sententia premat: quam tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat, sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere iudicium ultionis, quæ dum viveret insignita est signaculo sanctæ Trinitatis. Qui vivis, & regnas Deus, per omnia sæcula seculorum. Amen.

Pater noster. *ψ*. Et ne nos inducas, &c. *ψ*. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

DEUS, cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, vt suscipi iubeas animam famulæ tuæ N. per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahamæ Patriarchæ, resuscitandamque in novissimo iudicij magni die; & quidquid vitiorum, fallente diabolo, contraxit, tu pius, & misericors abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum. *℞*. Amen.

Finita Oratione cantatur à Choro Responsorium, Ne recorderis, in quo, & in sequenti Responsorio, Sacerdos benedicit incensum, aspergit, & incensat, vt supra.

℞. Ne recorderis, *Fol.* 287. Pater noster. *ψ*. Et ne nos inducas. *ψ*. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

FAC quæsumus Domine hanc cum famula tua N. defuncta misericordiam, vt factorum suorum in poenis non recipiat vicem, quæ


quæ tuam in votis tenuit voluntatem, vt sicut hic eam vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eam tua miseratio societ Angelicis Choris. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Finita Oratione cantatur à Choro Responsorium, Liberame Domine de morte æterna, cum suis versibus, Fol. 398. Quo finito, Sacerdos dicit, Pater noster. ψ. Et ne nos. ψ. A porta inferi. ψ. Requiescat in pace. ψ. Domine exaudi. ψ. Dominus vobiscum.

OREMUS.

Absolve quæsumus Domine animam ancillæ tuæ, N. vt defuncta sæculo tibi vivat, & peccata, quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.

Finita hac Oratione portatur corpus ad tumulum, & dum portatur, cantatur subscripta Antiphona.

Antiphona.

In pa ra di sum de du cant te An ge li in tu.




o ad ven tu sus ci pi ant te Mar ty.



res, & per du cant te in ci vi ta tem

fari



sanctana le ru salem. Antiph. Cho rus An ge lo-



rum te sul ci pi at, & cum La za ro quondam



paupe re æ ter nam ha be as re qui em.

*Cantatis Antiphonis, Cantor incipiat in persona defunctis Antiph. Ape-
rite, pro Officio sepulture, & Antiphona duplicantur: & cum peruentum
fuerit ad tumulum, Sacerdos dicat legendo Orationem sequentem.*

Oratio.

DEUS qui fundasti terram, & formasti coelos, qui loca sideribus
stabilita fixisti, qui captivum laqueo mortis hominem lava-
cri ablutionem reparasti, qui sepultos Abraham, Isaac, & Iacob in
spelunca duplici, in libro vitæ, atque gloria annotasti benedicen-
dos: ita bene ✕ dicere digneris hunc tumulum famuli tui N. vt hic
eum requiescere facias, & in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob, colloca-
re digneris; qui Dominum nostrum Iesum Christum, contritis læ-
queis infernorum resurgere, suorumque in se credentium membra
resuscitari voluisti. Respice Domine super hanc fabricam sepultura
descendat ad eam Spiritus tuus sanctus; vt te iubente, sit in hoc lo-
co famulo tuo quæta dormitio; & tempore iudicij cum Sanctis tuis

omnibus, vera resuscitatio, præstante eodem Domino nostro Iesu Christo. Qui tecum, & cum eodem Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. *℟.* Amen.

*Pro Defuncta.**Oratio.*

DEUS qui fundasti terram, & formasti cœlos, qui loca fideribus stabilita fixisti, qui captivum laqueo mortis hominem lavacri ablutionem reparasti, qui sepultos Abraham, Isaac, & Iacob in spelunca duplici, in libro vitæ, atque gloria annotasti benedictos: ita bene *✕* dicere digneris hunc tumulum famulæ tuæ N. ut hic eam requiescere facias, & in sinu Abrahamæ, Isaac, & Iacob, collocare digneris; qui Dominum nostrum Iesum Christum, contritis laqueis interiorum resurgere, suorumque in se credentium membra resuscitari voluisti. Respice Domine super hanc fabricam sepulturæ, descendat ad eam Spiritus tuus sanctus; ut te iubente, sit in hoc loco famulæ tuæ quæta dormitio, & tempore iudicij cum Sanctis tuis omnibus, vera resuscitatio; præstante eodem Domino nostro Iesu Christo. Qui tecum, & cum eodem Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. *℞.* Amen.

Diſta Oratiõne, aspergit corpus, & tumulum, & similiter incensat. Dum dicantur infraſcriptæ Antiphonæ, & Psalmi, Sacerdos dicat iuxta ſepulturam Oratiõnes, quæ habentur Fol. 422. videlicet Oratiõnem, Oremus fratres chariſſimi, &c.

Antiphona.

A pe ri te mi hi por tas ius ti ti æ,

&



& ingrefus in eas confitebor Do-



mino. Sæculorum. Amen.

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia eius.

De tribulatione invocavi Dominum: & exaudivit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino: quam cõfidere in homine.

Bonum est sperare in Domino: quàm sperare in principibus.

Omnes gentes circumierunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia vltus sum in eos.

Impulsus everfus sum vt caderem: & Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & salutis: in tabernaculis iustorum.

Dextera Domini fecit virtutem,

rem, dextera Domini exaltavit
me: dextera Domini fecit vir-
tutem.

Non moriar, sed vivam: &
narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Do-
minus: & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiæ,
& ingressus in eas confitebor
Domino: hæc porta Domini,
iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam
exaudisti me: & factus es mihi
in salutem.

Lapidem, quem reprobave-
runt ædificantes: hic factus es
in caput anguli.

A Domino factum est istud:
& est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Do-
minus: exultemus, & lætemur

in ea.
O Domine salvum me fac, &
Domine benè prosperare: be-
nedictus qui venit in nomine
Domini.

Benediximus vobis de domo
Domini: Deus Dominus, & illu-
xit nobis.

Constituite diem solemnem
in condensis: vsque ad cornu
altaris.

Deus meus est tu, & confite-
bor tibi: Deus meus es tu, &
exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam
exaudisti me: & factus es mihi
in salutem.

Confitemini Domino, quo-
niam bonus: quoniam in sæcu-
lari misericordia eius.

Requiem æternam, &c.



Antiph. A pe ri te mi hi por tas ius ti




ti æ, & ingres sus in e as con fi te-
bos

vel Monialium.

411



bor Do mi no.

Antiphona.

In gre di ar in lo cum ta ber na cu li



admi ra bi lis vs que ad do mum De i.



Sæ cu lo rum. Amen.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dici-

tur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea:

&

Ad sepeliendam Fratrem,

& quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico.

Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui: super me transferunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

Apud me oratio Dco vitæ

meæ: dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei: & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea: exproberunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies, ubi es Deus tuus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Requiem æternam, &c.

Antiphona.



In gre di ar in lo cum ta ber na cu li



admi ra bi lis ysque ad do mum De i.

Anti-

Antiphona.



Hæc se qui es me a in sæ culum sæculi, hæc



habi ta bo, quoni am e le gi e am. Sæ culorum. Amen.

Hic extrahitur corpus à lectulo, & ponitur super terram.

Memento Domine David:
& omnis mansuetudinis
eius.

Sicut iuravit Domino: vo-
tum vovit Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum
domus meæ: si ascendero in le-
ctum strati mei.

Si dederò somnum oculis
meis: & palpebris meis dormi-
tationem.

Et requiem temporibus meis,
donec inveniam locum Domi-
no: tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audivimus eam in Ephra-
ra: in veniamus eam in campis
silvæ.

Introibimus in tabernaculum

eius: adoravimus in loco, ubi
steterunt pedes eius.

Surge Domine in requiem
tuam: tu & arca sanctificatio-
nis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iu-
stitiam: & sancti tui exultent.

Propter David servum tuum:
non avertas faciem Christi
tui.

Iuravit Dominus David ve-
ritatem, & non frustrabitur
eam: de fructu ventris tui po-
nam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testa-
mentum meum: & testimonia
mea hæc quæ docebo eos.

Et filij eorum vsque in sæcu-
lum:

Ad sepeliendum Fratrem;

lum : sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion : elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi : hinc habitabo quoniam elegi eam.

Vidua eius benedicens benedicam : pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutaris : & sancti eius exultatione exultabunt.


Illuc producam cornu David : paravi lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione : super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

Requiem, &c;

Hic ponitur in fovea.

Antiphona.



Hæc requies mea in sæculum sæculi,




hinc habitabo, quoniam elegi eam.

Antiphona.



De terra formasti me : carne induisti me,



Domine probasti me, & cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam, & funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognovisti omnia, novissima, & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Quò ibo à spiritu tuo: & quò à facie tua fugiam?

Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descēdero in infernū, ad es.

Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitabero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebris me dextera tua.

Et dixi forsitan tenebræ concalcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.

Non est occultatum os meum à te,

Ad sepeliendum Fratrem,

à te, quod fecisti in occulto : & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur : dies formabuntur, & nemo in eis.

Mini autem nimis honorificati sunt amici tui Deus : nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatores:

viri sanguinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate civitates suas.

Nonne qui oderunt te Domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

Requiem æternam, &c.



Antiph. De ter ra for mal ti me: car ne in-




du it ti me Redemptor meus Do mi ne



re sus ci ta me in no vi si mo di e.

Antiph

Antiphona.



Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudime in tua iustitia.

Et non intres in iudicio cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: & anxius est super me spiritus meus, in

me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane mi-

se-

fericordiam tuam : quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet

me in terram rectam: propter nomen tuum Domine vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam; & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.

Requiem æternam, &c.

Antiphona.



Non in tres in iudiciam cum servo tuo



Domine, quia non iustificabitur in conspectu




tu o omnis vivens.



Antiph. Omnis spiritus laudet Dominum.

psalmi



Psalms. La u da te Do mi num.

LAudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestia, & vniverſa pecora:

serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: Principes, & omnes iudices terræ.

Iuvenes, & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cœlum & terram: & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalms.

CAntate Domino canticum novum: laus eius in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & filij Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano, & psalterio psallant ei.

Da og h Quia

Ad sepeliendum Fratrem,

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in guttore eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Psalmus.

Laudate Dominum in sanctis eius. laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.


Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem æternam, &c.

Antiphona.

Om nis spi ri tus lau det Do mi num.

Ad Benedictus, Antiphona.

E go sum re sur re cti o, & vi ta, qui

cre-



cre dit in me, e ti am ti mor tu us fu-



e rit vi vet, & om nis qui vi vet, &



cre dit in me, non mori e tur in æ ternum.



Cantic. Be ne di ctus.

*Orationes dicenda à Sacerdote super
sepulturam, dum dicantur supra scrip-
ta Antiphona, & Psalmi.*

Canticum Zacharie.

Benedictus Dominus Deus
Israël: quia visitavit, & fecit
Redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis:
in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os san-
ctorum: qui à sæculo sunt Pro-
phetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris:
& de manu omnium, qui ode-
runt nos.

Ad faciendam misericordiam
cum Patribus nostris: & memo-
rari testamenti sui sancti.

Ius iurandum, quod iuravit
ad Abraham Patrem nostrum
daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate, & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salu-

tis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitabit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem æternam, &c.

O Remus fratres charissimi pro spiritu fratris nostri, quem Dominus de laqueo huius sæculi liberari dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulturæ traditur: vt eum pietas Domini in sinu Abrahamæ, Isaac, & Iacob collocare dignetur: vt cum iudicij dies advenit, inter sanctos, & electos suos eum in parte dextera collocandam resuscitari faciat. Per Christum.

O R E M U S.

Deus cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo fidelium corpora, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur: vt quidquid anima famuli tui vitiorum, tuæque voluntati contrarium, fallente diabolo, seu propria iniquitate, vel fragilitate contraxit, tu pius, ac misericors abbas indulgendo, eamque suscipi iubeas per manus sanctorum Angelorum tuorum deducendam in sinum Patriarcharum, & Prophetarum tuorum Abrahamæ, scilicet amici tui, Isaac electi tui, & Iacob dilecti tui: quo aufugit dolor, atque tristitia, & suspirium fidelium quoque animæ foelici iucunditate lætantur: & in novissimo Iudicij magni die, inter Sanctos, & electos tuos eam facias perpetuæ gloriæ percipere portionem: quam oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quam præparasti diligentibus te. Per Christum. Amen.

O R E:

O R E M U S.

T Emeritatis quidem est Domine: ut homo hominem, cinis cinerem, mortalis mortalem tibi Domino Deo nostro audeat commendare: sed quia terra suscepit terram, & pulvis convertitur in pulverem, donec omnis caro in suam redigatur originem: inde tuam pijsime Pater, lacrymabiliter quæsumus pietatem, ut huius famuli tui N. animam, quam de huius sæculi cœnulentia voragine ducis ad patriam, Abrahamæ amici tui sinu recipias, & refrigerij rore perfundas: sit ab æstuantis gehennæ truci incendio segregata, & beatæ requiei tuæ te donante coniuncta, & si quæ sunt illi Domine digne cruciatibus culpæ, tuæ ei gratia meritisimæ lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem: cumque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum, nova creatura Sanctorum omnium cœtibus aggregata, cum electis tuis resurgat in parte dextera coronanda. Per Christum, R. Amen.

O R E M U S.

O pus est misericordiæ Domine sancte, Pater omnipotens, æternè Deus rogare pro alijs: & qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus, suscipere rogamus animam famuli tui revertentem ad te: adsit ei Angelus testamenti tui Michael, & per manus Sanctorum Angelorum tuorum, inter Sanctos, & electos tuos in sinibus Abrahamæ, Isaac, & Iacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris: libera Domine de principibus tenebrarum, & de locis pœnarum, ne famulus tuus vllis tam primævæ nativitatis, vel ignorantiaë confundantur erroribus, agnoscat a tuis, & misericordia bonitatis tuæ ad locum refrigerij, & quietis, in sinu Abrahamæ transferatur. Per Christum. R. Amen.

O R E M U S.

D ebitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deum cui omnia vivunt fideliter deprecemur,

ut hoc corpus fratris nostri à nobis in infirmitate sepultum, in ordine Sanctorum suorum resuscitet, & eius Spiritum sanctis, ac fidelibus aggregari iubeat, cum quibus inenarrabili gloria, & perenni felicitate perfrui mereatur. Per Christum. R. Amen.

O R E M U S.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es: dum te iubente pulvis reddet in pulverem, tu imaginem tuam cum Sanctis, & electis tuis æternis fedibus iubeas associari. Per Christum.

His paradisi, postquam sepultum fuerit corpus, Sacerdos aspergat tumulum aqua benedicta: postea dicat Antiphonam, Ego sum, ad Benedictus. Quo dicto, & repetita Antiphona, Sacerdos dicit, Pater noster, & omnes sub silentio dicant: quo finito dicat Sacerdos, V. Et ne nos. R. Sed libera. V. Non intres in iudicium cum servo tuo Domine. R. Quia non iustificabitur. V. A porta inferi. R. Erue. V. Requiescat in pace. R. Amen. V. Domine exaudi. R. Et clamor. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Satisfaciat tibi quæsumus Domine Deus noster, pro anima famuli tui N. Beatissimæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ: & Seraphici Patris nostri Francisci: omniumque Sanctorum tuorum oratio: & præsentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio; ut peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat: nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem filij tui Domini nostri Iesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. V. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

Pro Difuncta.

O Remus fratres charissimi pro spiritu sororis nostræ quam Dominus de laqueo huius sæculi liberari dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulturæ traditur: vt eam pietas Domini in sinu Abrahamæ, Isaac, & Iacob collocare dignetur: vt cum iudicij dies aduenerit, inter sanctos, & electos suos eam in parte dextera collocandam resuscitari faciat. Per Christum.

O R E M U S.

Deus cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo fidelium corpora, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur: vt quidquid anima famulæ tuæ vitiorum, tuæque voluntati contrarium, fallente diabolo, seu propria iniquitate, vel fragilitate contraxit, tu pius, ac misericors abluas indulgendo, eamque suscipi iubeas per manus sanctorum Angelorum tuorum deducendam in sinum Patriarcharum, & Prophetarum tuorum Abrahamæ, scilicet amici tui, Isaac electi tui, & Iacob dilecti tui: quo aufugit dolor, atque tristitia, & suspirium fidelium quoque animæ foelici iucunditate lætantur: & in novissimo Iudicij magni die, inter Sanctos, & electos tuos eam facias perpetuæ gloriæ percipere portionem: quam oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quam præparasti diligentibus te. Per Christum. & Amen.

O R E M U S.

Temeritatis quidem est Domine: vt homo hominem, cinis cinerem, mortalis mortalem tibi Domino Deo nostro audeat commendare: sed quia terra suscepit terram, & pulvis convertitur in pulverem, donec omnis caro in suam redigatur originem: inde tuam pijsime pater, lacrymabiliter quæsumus pietatem, vt huius famulæ tuæ N. animam, quam de huius sæculi cœnulentæ voragine ducis ad patriam, Abrahamæ amici tui sinu recipias, & refrigerij rore perfundas: sit ab æstuantis gehennæ truci incendio segregata, & beatæ requiei tuæ te donante coniuncta, & si quæ

Dd 4

sunt

funt illi Domine dignæ cruciatibus culpæ, tuæ ei gratia mitissimæ lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicem, quæ tuam in votis tenuit voluntatem: cumque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit regnum, nova creatura Sanctorum omnium coetibus aggregata, cum electis tuis resurgat in parte dextera coronanda. Per Christum. *℞. Amen.*

O R E M U S.

Opus est misericordiæ Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus rogare pro alijs; & qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus, suscipere rogamus animam famulæ tuæ reverentem ad te: adsit ei Angelus testamenti tui Michael, & per manus Sanctorum Angelorum tuorum, inter Sanctos, & electos tuos in sinibus Abrahamæ, Isaac, & Iacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris: libera Domine de principibus tenebrarum, & de locis pœnarum, nec famula tua ullis tam primævæ nativitatibus, vel ignorantia confundantur erroribus, agnoscat a tuis, & misericordia bonitatis tuæ ad locum refrigerij, & quietis, in sinu Abrahamæ transferatur. Per Christum. *℞. Amen.*

O R E M U S.

Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deum cui omnia vivunt fideliter deprecemur, ut hoc corpus sororis nostræ à nobis infirmitate sepultum, in ordine Sanctorum suorum resuscitet, & eius Spiritum sanctis, ac fidelibus aggregari iubeat, cum quibus inenarrabili gloria, & perenni foelicitate perfrui meratur. Per Christum. *℞. Amen.*

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es: dum te iubente pulvis reddet in pulverem, tu imaginem tuam cum Sanctis, & electis tuis æternis sedibus iubeas associari. Per Christum.


His peractis, postquam sepultum fuerit corpus, Sacerdos aspergat
terram

tumulum aqua benedicta: postea dicat Antiphonam, Ego sum, ad Benedictus. Quo dicto, & repetita Antiphona, Sacerdos dicit, Pater noster, & omnes sub silentio dicant: quo finito dicat Sacerdos, ψ . Et ne nos. \mathcal{R} . Sed libera. ψ . Non intres in iudicium cum ancilla tua Domine. \mathcal{R} . Quia non iustificabitur. ψ . A porta inferi. \mathcal{R} . Erue. ψ . Requiescat in pace. \mathcal{R} . Amen. ψ . Domine exaudi. \mathcal{R} . Et clamor. ψ . Dominus vobiscum. \mathcal{R} . Et cum spiritu tuo.

O R E M U S .

Satisfaciat tibi quæsumus Domine Deus noster, pro anima famulæ tuæ Beatissimæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ: & Seraphici Patris nostri Francisci: omniumque Sanctorum tuorum oratio: & presentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio; vt peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat: nec eam patiaris cruciari gehennalibus flammis, quam filij tui Domini nostri Iesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum spiritu sancto vivit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. \mathcal{R} . Amen. ψ . Dominus vobiscum. \mathcal{R} . Et cum spiritu tuo. ψ . Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. \mathcal{R} . Amen.

Et revertentes ad Ecclesiam cantet \mathcal{R} . Memento, vt sup. Fol. 383.



ceat



ce at e is: p. Nec af pi ci at.



psi. Ky ri e e lei son.

Pater noster. psi. Et ne nos. psi. A porta inferi. psi. Requiescat in pace.
psi. Domine exaudi orationem meam. psi. Dominus vobiscum.

OREMUS.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui fratris nostri N. vt defunctus saeculo, tibi vivat: & peccata, quae per fragilitatem mundanae conversationis commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum. R. Amen. psi. Requiem aeternam. R. Et lux.

Pro Defuncta,

OREMUS.


Tibi Domine commendamus animam famulae tuae sororis nostrae N. vt defuncta saeculo, tibi vivat: & peccata, quae per fragilitatem mundanae conversationis commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum. R. Amen. psi. Requiem aeternam. R. Et lux.

Deinde Cantores in medio dicant: Requiescant in pace. R. Amen.

Advertatur, quod versus in fine cuiusvis Psalmi Officij Defunctorum sunt duo versi, videlicet; Primum: Requiem aeternam: dona eis Domine. Secundum, Et lux perpetua: luceat eis. vt in Brev. Offic. Defunctorum.

MISSA

MISSA DEFUNCTORUM.



tio-

Missa Defunctorum.




ti o nem meam, ad te omnis ca ro ve ni at.



Re qui em. Ky ri e e lei son. Chri.



ste e lei son. Ky ri e e lei son.



Ky ri e e lei son. Re qui em



æ ter nam do na e i s





Do mi ne, & lux per pe

tua

• *Missa Defunctorum.*

431





ni vin cu lo de li cto rum.



ÿ. Et gra ti a tu a il lis succur ren-



te me re an tur e va de re iu di-



ci um vl ti o ni s.



ÿ. Et lu cis æ ter næ be a ti.




*Sequen-
tia.*

tu ma da di ne per fru i.

Dies

Missa Defunctorum.

433



D l e s i r æ d i e s i l l a, s o l v e t f æ c l u m i n f a-




v i l l a, t e s t e D a v i d c u m S y b i l l a. Q u a n t u s t r e m o r



e s t f u t u r u s; q u a n d o i u d e x e s t v e n t u r u s c u n c t a



f r i c t e d i s c u s s u r u s. T u b a m i r u m s p a r g e n s t o n u m




p e r s e p u l c h r a r e g i o n u m, c o g e t o m n e s a n t e



t h r o n u m. M o r s s t u p e b i t, & n a t u r a, c u m r e f u r-

get

Missa Defunctorum.

Missa Defunctorum.

435



Rex tremenda ma iesta tis, qui salvandos salvas



gra tis, salva me fons pi e ta tis. Recorda re



Te su pi è, quòd sum causa tu æ vi æ, ne me



per das il la di e. Quærens me se di sti lassus:



re de mi sti, Cru cem passus, tantus labor non sit




callus. Iuste iudex vl ti o nis, do num fac re mis-

Ec

fio.

Missa Defunctorum.

fi o nis, ante di em ra ti o nis. Inge mitco



tamquam reus, cul pa ru ber vultus me us supplan-



ti o parce De us. Qui Ma ri am ab sol vi fti, &



la tronem exau disti: mihi quoque spem de dis ti.



Preces me æ non sunt dignæ, sed tu bo nus fac benignus



ne, ne perenni cremer igne. Inter o ves lo cum

præ

Missa Defunctorum.

437



præsta, & ab hoediis me sequestra, sta tu en in parte



dextra. Con fu ta tis ma le di ctiis, flammis a eri bus ad



dictis, vo ca me cum be ne di ctiis. O ro supplex, & a



eli nis cor con tritum qua si ci nis, gere cu ram me i



fi nis Lacrymo fa di es il la, qua re sur get ex fa




villa, iudican dus ho mo re us. Hu ic ergo par ce


Ee 2

Deus.


Missa Defunctorum.




De us, pi e Ie su Domine, dona e is requi-



em. A men. Do mine Ie su Chriſte,



Rex glo ri æ li be ra a



ni mas om ni um fi de li um de fun-



cto rum de pœ nis in fer ni, & de pro



fundo la cu, li be ra e as de o-

[Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]

Missa Defunctorum.

439



re le o nis, ne ab sor be at e as



Tar ta rus, ne ca dant in obf cu rum,



fed fig ni fer fan ctus Mi cha el re-



presen tet e as in lu cem fan-



ctam. Quam o lim Abra hæ pro mi-




As ti, & se mi ni us.

Ec 3

y.



ÿ. Hof ti as; & pre ces ti bi Do mine




lau dis of fe rimus, tu sus ci pe



pro a ni ma bus il lis qua rum ho di e



me mo ri am fa ci mus: fac e as




Do mi ne de mor te tran si re ad vi



ram. Quia o lim. Sanctus, Sanctus, Sanctus;
Do:

Missa Defunctorum.



Do mi nus De us Sa ba oth. Ple ni sunt cœli,



& terra glo ri a tu a. O fan na in excel sis.



Be ne dictus qui ve nit in no mi ne Do mi ni,



O fan na in excel sis. Agnus De i, qui



tol lis pec ca ta mundi, do na e is re qui em.



Ag nus De i, qui tol lis pec ca ta mundi,

Ee 4

do na

Missa Defunctorum.




Communio.

do na e is re qui em semp ternam.



Lux æ ter na lu ce at e is Do mi ne,



cum Sanctis tu is in æ ter num, qui a



pi us es. ꝑ. Re qui em æ ternam do na



e is Do mi ne. & lux per pe ru a lu-



ce at e is. Cum sanctis tu is,


ORDO

ORDO AD SEPULIENDVM DEFVNCTVM Sæcularem.

*Finita Lect. Manus tuæ, dicit. immediate Non intres in iudicium,
Fol. 403. & postea ψ. Subvenite.*




Sub ve ni te Sancti De i, oc-




cur ri te An ge li Do mi-



ni. * Sus ci pi en tes a ni mam e ius.



p. Of fe rentes e am in conspe ctu Al-



tis si mi. ψ. Sus ci pi at te

Chri-

Ad sepeliendum



Chriſtus, qui vo ca vit te, & in ſi num



A bra hæ An ge li de du cant



te. Susci pi en tes. y. Re qui em æ ter-



nam do na e is Do mi ne, & lux per pe tu a



lu ce at e is. p. Of fe ren tes. Kyri-



e e lei ſon. Chri ſte e lei ſon. Ky ri e e lei ſon.

Defunctorum secularium

445

Quo finito Sacerdos dicit alta voce *ψ*. Pater noster. *ψ*. Et ne nos inducas. *℞*. Sed libera. *ψ*. Dominus vobiscum. *℞*. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DEUS, cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, ut suscipi iubeas animam famuli tui per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahamæ Patriarchæ, resuscitandamque in novissimo iudicij magni die; & quidquid vitiorum, diabolo fallente, contraxit, tu pius, & misericors abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum. *℞*. Amen.

Pro Defuncta.

O R E M U S.

DEUS, cui omnia vivunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, ut suscipi iubeas animam famulæ tuæ per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahamæ Patriarchæ, resuscitandamque in novissimo iudicij magni die; & quidquid vitiorum, diabolo fallente, contraxit, tu pius, & misericors abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum. *℞*. Amen.

Postea dicitur primum Nocturnum cum invitatorio: deinde Missa de die depositionis: alioquin finito tertio Responsorio, sine Kyrie eleison, dicitur Oratio absolute, Non intres in iudicium, Fol. 403. Qua finita, defertur corpus ad sepulturam, & cum defertur cantantur à Choro sequentes Antiphonæ. Quando sequitur Missa post Nocturnum non cantatur tertium Responsorium: sed finita lectione, sequatur Missa, que finita cantetur tertium Responsorium, sine Kyrie eleison, quo dicto dicatur Oratio, Non intres in iudicio, ut supra. Deinde sequantur Antiphonæ sequentes.

An:

Antiphona.

In pa ra di sum de du cant te An ge li. in tu

o ad ven tu sus ci pi ant te Mar ty res,

& per du cant te in ci vi ta rem san ctam

le ru sa lem. *Antiphona.* Cho rus An ge lo rum te sus-

ci pi at, & cum La za ro quon dam pau pe re

æ ternam ha be as re qui em.

Ad

• Defunctum *seculare*.

147

Ad Benedictus
Antiphona.

E go sum resur re cti o, & vi-



ta, qui cre dit in me, e ti am si mor tu us



fu e rit vi vet, & omnis qui vi vit, &



cre dit in me non mo ri e tur in æ ter num.



Cantic. Be ne di ctus. Fol. 421.

Delato feretro ad tumulum, Sacerdos cum Diacono stet iuxta tumulum, & dicat legendo hanc Orationem absoluit.

DEUS qui fundasti terram, formasti coelos, qui loca sideribus
stabilia fixisti, qui captivum laqueo mortis hominem lavacri
ablutione reparasti: qui sepultos Abraham, Isaac, & Iacob in spe-

lun

lunca duplici in libro vitæ, atque gloriæ Principes annotasti benedicendos: ita benedicere & digneris hunc tumulum famuli tui, vt hic eum requiescere facias, & in sinu Abrahamæ, Isaac, & Iacob collocare digneris, qui Dominum nostrum Iesum Christum, contritis laqueis infernorum, resurgere, suorumque in se credentium membra, resuscitari voluisti. Respice Domine super hanc fabricam sepulturæ, descendat ad eam Spiritus tuus sanctus; vt te iubente, sit in hoc loco famulo tuo quietæ dormitio; & tempore iudicij cum Sanctis tuis omnibus, vt vera resuscitatio; præstante eodem Domino nostro Iesu Christo. Qui tecum, & cum Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. R. Amen.

Lectæ Oratione, aspergit corpus defuncti, & tumulum, & similiter incensat, ministro porrigente aspersorium, & thuribulum, & mox sepellitur corpus. Quæ sepulto, & à Choro post Canticum Añã. Ego sum, repetita, Saerdos dicit alta voce, Pater noster, & omnes sub silentio prosequuntur. Interim Sacerdos aspergit tumulum aqua benedicta. Deinde dicit. V. Et ne nos. V. Non intres iu iudicio cum seruo tuo Domine. R. Quia non V. Aporta inferi. R. Erue Domine. R. Requiescant in pace. V. Domine exaudi. V. Dominus vobiscum.

OREMUS.

Satisfaciat tibi, quæsumus Domine Deus noster, pro anima famuli tui Beatissimæ Deigenitricis, semperque Virginis Mariæ, & Seraphici P.N. Francisci, omniumque Sanctorum tuorum oratio, & præsentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio, vt peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat: nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem Filij tui Domini nostri Iesu-Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. R. Amen. V. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

Quo facta Sacerdos revertatur ad Sacrificium.

Defunctorum secularum.

449

Pro Defuncta.

DEUS qui fundasti terram, formasti coelos, qui loca sideribus stabilita fixisti, qui captivum laqueo mortis hominem lavacri ablutione reparasti: qui sepultus Abraham, Isaac, & Iacob in spelunca duplici in libro vitæ, atque gloriæ Principes annotasti benedicendos: ita benedicere ✠ digneris hunc tumulum famulæ tuæ, vt hic eam requiescere facias, & in sinu Abraham, Isaac, & Iacob collocare digneris, qui Dominum nostrum Iesum Christum, contritis laqueis infernorum, resurgere, suorumque in se credentium membra, resuscitari voluisti. Respice Domine super hanc fabricam sepulturæ, descendat ad eam Spiritus tuus sanctus, vt te iubente, sit in hoc loco famulæ tuæ quæta dormitio; & tempore iudicij cum Sanctis tuis omnibus, vera resuscitatio; præstante eodem Domino nostro Iesu Christo. Qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. *Re. Amen.*

Lectæ Oratione, aspergit corpus defuncti, & tumulum, & similiter incensat, ministro porrigente aspersorium, & thuribulum, & mox sepellitur corpus. Quo sepulto, & à Choro post Canticum Añã. Ego sum, repetita Sacerdos dicit alta voce, Pater noster, & omnes sub silentio prosequuntur. Interim Sacerdos aspergit tumulum aqua benedicta. Dinde dicit. Et ne nos. Non intres in iudicium cum ancilla tua Domine. Re. Quia non. Aporta inferi. Re. Erue Domine. Requiescant in pace. Domine exaudi. Dominus vobiscum.

OREMUS.

Satisfaciat tibi, quæsumus Domine Deus noster, pro anima famulæ tuæ Beatissimæ Deigenitricis, semperque Virginis Mariæ, & Seraphici P.N. Francisci, omniumque Sanctorum tuorum oratio, & præsentis familiæ tuæ humilis, & devota supplicatio, vt peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat: nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem Filij tui Domini nostri Iesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum

Spi-

450

Ad sepeliendum

Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. *Re. Amen.*
V. Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace. *Re. Amen.*

Quo facto Sacerdos revertatur ad Sacrificium.

ORDO AD SEPELIENDVM PARVULORVM
Christianorum corpora.


Cum corpus parvuli fuerit in Ecclesia cantatur Antiphona sequens, Canticum, Benedicite, &c. interim portatur corpus ad tumulum.



Benedi ci te Do minum omnes e lecti e ius,



a gi te di es læ ti ti æ, & con fi



te mi ni il li.

Benedicite omnia opcta.

Benedicite omnia opera Domini Domino: * laudate & super exaltate eum in secula.

Benedicite Angeli Domini

Domino: * benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt Domino: * benedicite omnes virtutes Domini.

ni

ni Domino.

Benedicite sol & lana Domino: * benedicite stellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: * benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino: * Benedicite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: * benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: * benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: * laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Domino: * benedicite vniversa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis, Domino: * benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes bestia & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: * laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: * benedicite serui Domini Domino.

Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino: * benedicite sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria Misael Domino: * laudate, & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: * laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domino in firmamento cæli: * & laudabilis, & gloriosus, & super exaltatus in sæcula.

Quo finito repetit. Añã. Benedicite. Deinde Sacerdos dicit: Pater noster. ꝯ. Et ne nos. ꝯ. Sinite parvulos venire ad me. ꝯ. Talium est enim regnum cœlorum. ꝯ. Dominus vobiscum.

DEUS, qui in rō ordine, Angelorum ministeria, hominumque dispensas, concede propitiū, ut à quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c. *ŷ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. ŷ. Benedicamus Domino. R. Deo gratias. ŷ. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.*

MODVS RECIPIENDI NOVITIOS AD Habitum nostræ Religionis.

IS qui iam post receptionem ad Ordinem nostrum, & habitum suscipiens, dum solemniter examinatus, & approbatus est secundum Constitutiones Summorum Pontificum, debet in primis confiteri, & absolutionem recipere, Sacrosanctoque Corpore Domini nostri Iesu Christi communicari eo die, antequam habitum suscipiat.

Secundò debet pulsari campana Capituli satis prolixè, ut omnes fratres conveniat in Capitulo, vel in Ecclesia, si Prælatus ob affluentiam populi præceperit, & etiam hospites interni, quia iste actus est de solemnibus, & principalibus Ordinibus, & omnibus ibi congregatis habitus debet poni in modum Crucis, cum caparone, & chorda, & aqua benedicta super pavementum.

Causa per Prælatum denunciata fratribus debet vocari novitius induendus, & genua flectens coram Prælate ante habitum extensum debet eum, & totam communitatem humiliter obsecrare, ut ad habitum, & Ordinem eum recipere dignentur.

Prælatus faciat, si voluerit, brevem collationem, & discursum, vel de mundi contemptu, vel de bono status religioso, vel de perfectione status Ordinis nostri, vel aliqua alia materia pia, & devota, & tunc præcipiè præ-

Habitus Novitiorum.

453

ponantur novitio ardua Religionis nostrae, & quidquid in ea observandum sit, & interrogetur si habeat bonum propositum ea omnia ferendi, & observandi.

Debet rursus interrogari coram omnibus si habeat omnes condiciones requisitas in eis, qui nostro habitu indui volunt, & ei intimare, quod si una ex illis defuerit, statim expelletur, etiam post professionem emissam. Hæ sunt vñmen summam conditiones.

- 1 An sit fidelis, & catholicus, & de nullo errore suspectus.
- 2 An sit corpore sanus, & nullo morbo contagioso infectus.
- 3 An sit conditione liber, nulla obligatione servituti astrictus.
- 4 An sit matrimonio consummato ligatus vel non.
- 5 An sit animo promptus ad subeunda religionis onera, & si necessarium sit, & ardytium.
- 6 An sit in matrimonio legitimo natus.
- 7 An sit debitis, & reddendis ratiocinijs expeditus.
- 8 An sit competenter litteratus, vel ad labores aptus.
- 9 An aliquod crimen infame, & capitale commiserit.
- 10 An habeat ætatem quindecim annorum, sit clericus sit, & viginti si laicus.
- 11 An veniat aliquibus promissionibus falsis, vel nimis coactus, & non voluntarie, an verò ex instinctu Spiritus sancti.

Exponantur ei privilegia Summorum Pontificum, quibus indultum est nostram Religionem intrantibus, ut absolvi possint ab omnibus censuris, pœnis, & irregularitatibus, ita tamen quod si ad huiusmodi sententias si propter debitum astrictus, satisfaciat: declaraturque quo modo ex privilegijs Apostolicis habet remissionem omnium peccatorum, & ab omnibus peccatis absolvitur, & reponitur quasi in innocentia baptismatis, si perseveraverit, quia religio est quasi secundum baptismum. Is præmissis, novitius dicat Confiteor Deo, & fiat absolutio in forma sequenti.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam, Amen. Indulgentiam

abolitionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus, Amen.

Dominus noster Iesus Christus per suam pijsissimam misericordiam, & per merita suæ sacratissimæ Passionis te absolvat, & gratiam suam tibi infundat, & ego autoritate privilegiorum nostro sacro Ordinis à Summis Pontificibus indultorum absolvo te primo ab omni sententia maioris, vel minoris excommunicationis, si quam incurristi, & restituo te unitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesiæ, & omnibus actis legitimis, & dispenso tecum in omni sententia suspensionis, irregularitatis, & interdicti, si quas contraxisti. Item eadem autoritate absolvo te ab omnibus peccatis tuis, & restituo te illi innocentie, in qua eras quando baptizatus fuisti, in quantum possum, & valeo in hoc foro, & in quantum ipsa autoritas se extendit, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Deinde debet Prælati benedicere habitum, & chordam, & stantibus fratribus ante habitum erectus debet, sic benedictiones facere.

BENEDICTIO HABITUS.

Ÿ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum & terram.

Ÿ. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, qui existens in forma Dei, formam servi accipere, ac in similitudinem hominum fieri, & habitu inueniri, vt homo pro nostra salute dignatus es, te suppliciter exoramus, vt istum nostræ Religionis habitum in crucis modum pro tuæ passionis memoriale depositum bene ✠ dicere digneris, vt fa-

• *Habitus novitiorum.*

455

mulus tuus N. frat. noster, *vel si fuerint multi.* Famuli tui N. N. fratres nostri, qui pro pœnitentiâ sui corporis tegumento ipsum induit, *si fuerint multi,* induunt, te per imitationem induat, *vel induant,* saluberrimam, ad omnis perfectionis exemplum. *Qui vivis & regnat, &c.*

BENEDICTIO CHORDÆ.

DEUS, qui vt servum abfolveres, filium tuum funibus ligari voluisti, bene ✠ dic quæsumus funem istum, vt famulus tuus frater N. *si fuerint multi.* Famuli tui fratres nostri N. N. qui eo, velunt ligamine sui corporis cingetur, *vel cingentur,* vinculo- rum eiusdem Domini nostri Iesu Christi memor existat, vel memores existant, & in ordine quem assumit, *vel assumunt,* salubriter perseveret, *vel perseverent,* & tuis cum effectu semper obsequijs se alligatum esse cognoscat, *vel se alligatos esse cognoscant.* Per eundem Dominum, &c.

Postea habitus, & chorda aspergantur aqua benedicta, & dicatur super novitium sequens oratio.

✠. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Iesu Christe, qui es via, sine qua nemo vadit ad Patrem, quæsumus clementiam tuam, vt hunc famulum tuum à carnalibus desiderijs abstractum per iter disciplinæ regularis deducas; & qui peccatores vocare dignatus es dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: præstat, vt hæc vox imitationis tuæ, illa in eo convalescat, quatenus peccatorum onera deponens, & quam dulcis es gustans, tua dignatus es, agnosce eum inter oves tuas, vt ipse agnoscat; & alienum non sequatur, sed te: neque audiat vocem alienorum, sed tuam, qui dicis: Qui mihi ministrat, me sequatur. *Qui vivis & regnas Deus, &c.*

Habitus novitiorum.

Statim deponatur omnia vestimenta secularia à Pralato, & duobus antiquioribus Patribus, & Pralatus dicat.

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.

Amen.

Et induendo eum habitu, & caparone dicat.

Induat te Dominus novum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia, & veritate sanctitatis. Amen.

Deinde ponatur ei caputium, dicendo.

Pone Domine caputium salutis in capite eius, Vel in capitibus eorum, ad expugnandas diabolicas fraudes. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Postea cingatur chorda à Pralato, dicente.

Præcingat te Dominus cingulo puritatis, & extinguat in lumbis tuis humorem libidinis, vt maneat in te virtus continentia, & castitatis. Amen.

Ultimo novitius indutus, à fratribus omnibus, à Pralato incipiens, benedictionem accipiat, cum comitante magistro: quo finito novitius ante Prælatum genuflectat, & Pralatus eis notificet quantam indulgentiam adeptus sit, & quantas Deo debeat gratias agere de sua vocatione, recomendetque Magistro novitiorum, & tradatur in eius custodiam, & significetur ei, qualiter per annum probationis secularibus non loquatur, nec litteras mittat, aut recipiat.

His finis. Cantores incipiant Hymnum.

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.

Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, Caritas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.

Hos

Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore sic te prævio
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium;

Quo finito Cantores dicant.

✠. Confirma hoc Deus.

✠. Post partum Virgo.

✠. Ora pro nobis B.P. Franciscæ.

✠. Domine exaudi orationem meã.

✠. Dominus vobiscum.

Teque vtriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

R. Quod operatus es in nobis.

R. Dei genitrix, &c.

R. Ut digni efficiamur. &c.

R. Et clamor meus ad te veniat.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Maiestatem tuam Domine suppliciter exoramus, vt famulum tuum N. fratrem. *Si fuerint multi*, famulos tuos N. N. fr. nostros. Cui, *vel* quibus de tua gratiæ præsumentes, nostræ Religionis vestem imponimus, digneris inter discipulos tuos virtute exalto induere, iustitiæ lorica munire, & salutis protegere vestimento, vt intercedente Beatissimo Patre nostro Francisco confessore tuo, sub humilitatis veste tibi perseveranter deserviens, *vel* deservientes, ad stolam immortalitatis, & gloriæ mereatur, *vel* mereantur pervenire.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa, Beatæ Mariæ semper Virginis, intercessione, à præsentibus liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ff 4

Se-

Sequitur alius modus ad recipiendum novitium ad habitum nostræ Religionis.

IN primis facto ad hoc signo, & congregatio Fratibus, petiturus habitum accedens humiliter ante Prælatum, genibus flexis, vota sua, & desiderium assumendi habitum exprimat, quem prius Prælatus interroget, sicut in Regula nostra continetur, & quedam iusta nostrarum constitutionum seriem ordinata sigillatim, & qua hic sequuntur.

An sit Catholicus, & fidelis.
Nullo errore suspectus.
Non ligatus matrimonio consummato.
Sanus in corpore.
Dispositus in voluntate.
Filius legitimus.
Sexdecim annorum.

Liber ab ære alieno.
Liber, hoc est non mancipium alicuius.
Nulla infamia maculatus.
De stirpe non maculata.
Competenter literatus.
Vel utilis ad labore Religionis.

Quod si nostro Ordini idoneum, sufficientemque probaverit, honestatem, perfectionem, atque excellentiam tanti Ordinis, simulque labores, & onera, vitæque asperitatem annuntians, necnon præmia, & cælestes consolationes, quæ experiri solent huius regule professores, ad tantam vitæ professionem allicere curet. Quibus per actis, secularibus, exui vestibus præcipiat, & sequentem Orationem pronuntiet.

Pro multis.

EXuat vos Dominus veterem hominem, cum actibus suis; & induat vos novum, qui secundum Deum creatus est.

Hic induat habitum, dicens pro multis.

Domine Iesu Christe, qui dixisti iugum meum suave esse, & onus meum leve: præsta quæsumus, ut sic illud deportare valeant, in perpetuum totaliter, ut possint consequi tuam gratiam in præsentibus, & tuam gloriam in futuro, &c.

Habitus novitiorum.

Pro multis.

Pone Domine caputium salutis in capitibus eorum, ad expugnandas diabolicas fraudes. Per Christum. *Re.* Amen.

Pro multis.

Præcingat vos Dominus cingulo fidei, & virtute castitatis lumbis vestrorum corporum exprimendo, extinguat in eis humorem libidinis, ut iugiter maneat in eis tenor totius castitatis. Per Christum. *Re.* Amen.

Post indutum habitum probationis, dicatur Hymnus, Veni Creator Spiritus. Fol. 456.

Antiph. Ave Regina cœlorum.

Antiphon. Salve sancte Pater.

Quo finito dicat Prælatus. V. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. *Re.* Et renovabis faciem terræ. *V.* Post partum Virgo inviolata permansisti. *Re.* Dei genitrix. *V.* Ora pro nobis. Beate Pater Franciscæ. *Re.* Ut digni. *V.* Dominus vobiscum. *Re.* Et cum spiritu tuo.

Pro multis.

DEUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da famulis tuis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessionem, a præsentibus liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis foetu novæ prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione terræ tua despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. *Re.* Amen.

ORDO, SIVE MODVS RECIPIENDI
ad Professionem.

IN primis pulsetur campana Capituli, vt moris est, & conueniant omnes fratres etiam hospites, quibus congregatis facto signo à Prælato novitius facturus professionem genuflectat ante Prælatum, & suos defectus recognoscât, obsecrâns humiliter, eum & fratres, vt in societatem ipsorum velint ipsum recipere. Prælatu intimet professuro, suos defectus ad emendationem, & specificeet ea quæ debet promittere, cum aliqua spirituali collatione, quibus finitis, & habitu in crucis modum, cum cingulo positus, surgant fratres, & Prælatu absolute incipiat benedictionem habitus dicens.

ÿ. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Re. Qui fecit cœlum & terram.

ÿ. Domine exaudi orationem meam.

Re. Et clamor meus.

ÿ. Dominus vobiscum.

Re. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus vestimenti, quod sancti Patres ad innocentia, & humilitatis indicium ferre sanxerunt, ita benedicere, & sanctificare digneris, vt hic famulus tuus, *vel si fuerint multi, hi famuli tui, qui hoc vsurus est, vel vsuri sunt, indumento, te induere mereatur, vel mereantur. Qui vivis & regnas, &c.*

Deinde benedicat chordam dicens.

OREMUS.

DEUS, qui vt seruum absolueres filium ligari funibus voluisti, bene ~~dic~~ quæsumus funem istum, vt famulus tuus N. frater noster, *vel* famuli tui N N. fratres nostri, qui eo, velut ligamine sui corporis cingetur, *vel* suorum corporum cingentur, vinculorum

ciul.

Habitus novitiorum.

461

eiusdem filij tui Domini nostri Iesu Christi, memor existat, *vel* memores existant, vt in ordine, quem assumit, *vel* assumunt, salubriter perseueret, *vel* perseuerent, & tuis cum affectu semper obsequijs se alligatum esse cognoscat, *vel* se alligatos esse cognoscant. Per eundem Christum Dominum nostrum, &c.

Postea habitus, & chorda aspergantur in aqua benedicta, & induendo habitum benedictum Prælati dicat.

✠ Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

MAiestatem tuam Domine suppliciter exoramus, vt famulum N. fratrem nostrum, *vel* fratres nostros, cui de tua gratia præsumentes nostræ Religionis vestem imponimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, iustitiæ lorica munire, & salutis protegere vestimentos: vt intercedente Beato Francisco confessore tuo, sub humilitatis veste tibi perseueranter deserviens, *vel* deservientes, ad immortalitatis & gloriæ mereantur, *vel* mereantur per venire. Qui vivis, &c.

Hic cingatur chorda à Prælato dicente.

OREMUS.

DEUS qui beato Petro Apostolo tuo, significans qua morte clarificaturus esset Deum, prædixisti per alium in senectute ipsum fore cingendum: famulum tuum N. fratrem nostrum, quem, *vel* famulos tuos N. N. fratres nostros, quos, Cingulo nostræ fraternitatis præcingimus, tua quæsumus charitate præcinge; tui nominis metu constringe: & salutari chorda, *vel* chorda eorum regulari alliga disciplina: vt tua ei, *vel* eis, opitulante gratia, solutus & liberatus, *vel* soluti, & liberati à mundo; tuoque vincetus, *vel* vincti seruitio, vt in ordinis quem assumit, *vel* assumunt, observantia, vsque in finem iugiter perseueret, *vel* perseuerent. Qui vivis, & regnas, &c.

Super indutum, & præinctum.

OREMUS.

O R E M U S.

DEUS qui mira Crucis mysteria in tuo devotissimo confessore Beato Francisco multiformiter monstrasti; da famulo tuo N. fratri nostro, vel famulis tuis fratribus nostris ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Quibus finitis, & sedentibus cunctis, Prælati deputet eum pro laico, vel clerico. Faciatque ut publice renuntiet omnibus temporalibus, tam habitis, quam habendis, & omni iuri, & privilegio. Commutetque Prælati omnia vota, si quæ fecerit, in hac votam Religionis, quod futurus est, detque ei libertatem, si voluerit mutare nomen. Deinde fiat ei protestatio in scriptis, quod si aliquo tempore consiterit ipsi infra quartum gradum descendere, aut originem trahere ab hæreticis, quorum corpora, vel statua combusta sunt professio quam vult emittere, cassæ est, irrita, & nulla, & similiter si morbo Gallico, Lepra, vel alia infirmitate contagiosa laborare reperiat, quando habitum suscepit, professio erit nulla. Quæ protestatio subscribatur à proficiente simul cum Guardiano, Magistro, & Discretis in libro ad hoc deputato.

Ante professionem prætet novitius iuramentum in manibus Prælati coram communitate promittens tenere, tueri, & defendere assertionem, qua confitemur Beatam Virginem Mariam Dei Matrem fuisse conceptam sine peccato originali, & ab illo præservatam meritis Christi Iesu eius filij.

Votum Deo futurus genus flexus manibus intra manus Prælati positæ corde ad Deum elevato dicat.

EGO Frater N. Voveo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ semper Virgini, & beato Francisco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater, toto tempore vitæ meæ, servare regulam fratrum Minorum, confirmatam per Dominum Papam Honorium, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.

Respondeat Prælati.

Si tu hæc servaveris, ego promitto tibi vitam æternam in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Lais

Habitus novitiorum.

Laicis dicatur in Hispano sermone.

Dicatur etiam Hispano sermone, ut omnes intelligant.

YO Fray N. hago voto, y prometo à Dios, y à la Bienaventurada siempre Virgen Maria, y al Bienaventurado San Francisco, y à todos los Santos, y à ti Padre, guardar todo el tiempo de mi vida la Regla de los Frayles Menores, confirmada por el Señor Papa Honorio, viviendo en obediencia, sin propio, y en castidad.

Responda el Pralado.

SI tu estas cosas guardares, yo te prometo la vida eterna. En el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo. Amen.

Statim duo Cantores in medio eum tenentes incipiant Hymnum, Veni

Creator Spiritus. Fol. 456. Quo finito, Cantores dicant.

Y. Confirma hoc Deus. R. Quod operatus es in nobis.

Deinde Pralatus.

Y. Post partum virgo inviolata, &c.

R. Dei genitrix, &c.

Y. Ora pro nobis B. P. N. Francisce.

R. Ut digni efficiamur, &c.

Y. Salvum fac servum tuum Domine.

R. Deus meus sperantem, &c.

Y. Domine exaudi orationem, &c.

R. Et clamor meus, &c.

Y. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da famulo tuo in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Pro multis.

DEUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da famulis tuis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Oratio.

CONcede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus perpetuæ mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis foetu novæ proles amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione terreni despiciere, & coelestium donorum semper participatione gaudere.

Oratio.

DEUS, qui nos à sæculi vanitate conversos, ad bravium supernæ vocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perseveremus, infunde; vt protectionis tuæ muniti præsidij, quod te donante promissionibus, impleamus, & nostræ professionis sectatores effecti, ad ea, quæ perseverantibus in te, promittere, dignatus es pertingamus. Per Dominum, &c.

Quibus finitis, osculetur manus Prælati, & salutes omnes fratres, & reversus coram Prælato prostratus iaceat: qui cum moneat votum servare promissum: declarare etiam indulgentias quas lucratus sit, & recommendet eum devotè omnibus fratribus.

ALIUS MODVS PROFESSIONIS Fratrum Minorum.

Guardianus ex vi officij, potest conferre facultatem cuilibet Fratri ad recipiendum novitium ad professionem, & talis professio est valida: Sic tenet Innocentius cap. Porrectum, extra de regulis, ve b. Religio, §. 3. num. 6. Fr. Emmanuel Roderic. Summ. tom. 2. cap. 8. conc. 13.

Fratrum Minorum.

465

SEQUITUR ORDO AD PROFESSIONEM.

In primis pulsetur campana, sicut de more habetur ad Capitulum, & congregatis Fratribus omnibus etiam hospitibus, factoque signo à Prælato, novitius facturus professionem, genuflectat ante Prælatum, obsecrans humiliter eum, & omnes Fratres, ut in societatem ipsorum velint ipsum recipere. Et misso foras cum alijs novitijs, inquirat Prælatus ab omnibus fratribus de vita, & moribus ipsius novitij. Postea Prælatus intimet ei suos defectus ad correctionem, & specificet promittenda. Quibus finitis, & habitu in Crucis modum posito cum cingulo, surgant Fratres, & Prælatus absolute incipiat.

ÿ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit. ÿ. Domine exaudi, R. Et clamor. ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Iesu Christe, qui existens in forma Dei, formam servi accipere, in similitudinem hominum fieri, & habitu inveniri ut homo, pro nostra salute dignatus es: te suppliciter exoramus: ut istum nostræ Religionis habitum, in Crucis modum pro tuæ passionis memoriali depositum, bene ✠ dicere digneris: ut famulus tuus N. frater noster, qui pro pœnitentiâ sui corporis tegumento ipsum induit, te per imitationem induat saluberrimum ad omnis perfectionis exemplum. Qui vivis, &c.

Pro multis.

O R E M U S.

Domine Iesu Christe, qui existens in forma Dei, formam servi accipere, in similitudinem hominum fieri, & habitu inveniri ut homo, pro nostra salute dignatus es: te suppliciter exoramus, ut istos nostræ Religionis habitus, in Crucis modum pro tuæ passionis memoriali depositos, bene ✠ dicere digneris, ut famuli tui N. & N. fratres nostri, qui pro pœnitentiâ suorum corporum tegumento ipsos induunt, te per imitationem induant saluberrimum ad omnis perfectionis exemplum. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Oratio super chordam.

OREMUS.

DEUS, qui vt seruum absolveres, Filium ligari funibus voluisti; bene ✠ dic quæsumus funem istum, vt famulus tuus N. frater noster, qui eo vult ligamine sui corporis cingetur vinculorum eiusdem Filij tui Domini nostri Iesu Christi memor existat, vt in Ordine, quem assumit, salubriter perseveret, & tuis cum effectu temper obsequijs, se alligatum esse cognoscat. Per eundem Christum. R. Amen.

Oratio super chor. dam.

Pro multis.

OREMUS.

DEUS, qui vt seruum absolveres, filium ligari funibus voluisti, bene ✠ dic funes istos, vt famuli tui N. & N. fratres nostri, qui eis velat ligamine suorum corporum cingentur, vinculorum eiusdem Filij tui Domini nostri Iesu Christi memores existant, vt in Ordine, quem assumunt, salubriter perseferent, & tuis cum effectu temper obsequijs se alligatos esse cognoscant. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Habitus, & chorda asperguntur aqua benedicta, & induendo habitum benedictum, Prælati dicat, Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo,

OREMUS.

MAiestatem tuam Domine suppliciter exoramus: vt famulum tuum N. fratrem nostrum, cui de tua gratia præsumentes nostræ Religionis vestem imponimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, iustitiæ lorica munire, & salutis protegere vestimento: vt intercedente B. P. N. Francisco Confessore tuo, sub humilitatis veste tibi perseveranter deserviens, ad stolam immortalitatis, & gloriæ mereantur pervenire. Qui vivis, & regnas, &c.

Pro multis.

OREMUS.

MAiestatem tuam Domine suppliciter exoramus: vt famulos tuos N. & N. quibus de tua gratia præsumentes nostræ Religionis vestem imponimus: digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, iustitia lorica munire, & salutis protegere vestimento: vt intercedente B. P. N. Francisco Confessore tuo, sub hu-

mili-

Fratrum Minorum.

militatis veste perseveranter tibi deservientes, ad stolam immortalitatis, & gloria mereantur pervenire. Per Christum. R. Amen.

Hic cingatur chorda à Prælato dicente.

OREMUS.

DEUS, qui Beato Petro Apostolo tuo, significans, qua morte clarificaturus esset Deum, prædixisti per alium in senectute ipsum fore cingendum: famulum tuum N. Fratrem nostrum, quem cingulo nostræ fraternitatis præcingimus, tua quæsumus charitate præcinge, tui nominis metu constringe, & salutari chorda cor eius regulari alliga disciplina: vt tua ei opitulante gratia solutus, & liberatus à mundo, tuoque victus servitio in Ordinis, quem assumit observantia vsque in finem iugiter perseveret. Qui vivis, &c.

Hic cingantur chordis à Prælato dicente.

Pro multis.

DEUS, qui Beato Petro Apostolo tuo, significans qua morte clarificaturus esset Deum: prædixisti per alium in senectute ipsum fore cingendum, famulos tuos fratres nostros N. & N. quos cingulo nostræ fraternitatis præcingimus, tua quæsumus charitate præcinge; tui nominis metu constringe: & salutari chorda cor eorum regulari alliga disciplina; vt tua eis opitulante gratia, soluti, & liberati à mundo, tuoque victi servitio in Ordinis, quem assumunt, observantia vsque in finem iugiter perseverent. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Super inductum, & præcinctum.

OREMUS.

DEUS, qui mira Crucis mysteria in tuo devotissimo Confessore Beato Francisco multiformiter demonstraisti: da famulo tuo N. Fratri nostro ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum, &c.

Super indutos, & præcinctos.

Pro multis.

DEUS, qui mira Crucis mysteria in tuo devotissimo Confessore B. Francisco multiformiter demonstraisti: da famulis tuis N. & N. fratribus nostris ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum. R. Amen.

Gg

Quibus

Professio pro multis.

Quibus finitis, & sedentibus cunctis: Prælati deputet eum pro Clerico, vel Laico, si autem Clericus futurus sit, strictè examinetur de ordine recitandi Officium Divinum: deinde renuntiet omnibus temporalibus, tam habitis, quàm habendis, & omni iuri, & privilegio commutetque Prælati omnia vota, si que fecerit, in hoc votum Religionis, detque ei libertatem si voluerit mutare nomen.

Votum Deo facturus genibus flexis, manibus intra manus Prælati positis, corde ad Deum elevato, cum Prælato dicat.

EGO Frater N. voveo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ semper Virgini, & Beato Francisco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater toto tempore vitæ meæ servare Regulam Fratrum Minorum, confirmatam per Dominum Papam Honorium, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.

Respondeat Prælati. Si tu hæc servaveris, ego promitto tibi vitam æternam, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Laicis sufficit dici hæc verba Hispano sermone.

Dicatur etiam Hispano sermone, ut omnes intelligant.

YO Fray N. hago voto, y prometo à Dios, y à la Bienaventurada siempre Virgen Maria, y al bienaventurado San Francisco, y à todos los Santos, y à ti Padre; guardar todo el tiempo de mi vida la Regla de los Frayles Menores, confirmada por el Señor Papa Honorio, viviendo en obediencia, sin proprio, y en castidad.

Responda el Prælado. Si tu estas cosas guardares, yo te prometo la vida eterna, en el nombre del Padre, y del Hijo, & del Espíritu Santo. Amen.

Statim cantetur Hymnus, Veni Creator, fol. 456. genibus flexis dicta, verò primo versu, surgunt omnes, & dum cantantur alij versus, qui iam promissi, primo osculetur manum Prælati, deinde salutet omnes Fratres per ordinem, postea ad locum, ubi prius erat, reversus ibi genua flectit versus altare, & finito Hymno duo Cantores dicant. Confirma hoc Deus. &c. Quod operatus es in nobis. Deinde Prælati.

¶. Post partum Virgo inviolata permanisti. R. Dei genitrix intercede pro nobis. ¶. Ora pro nobis B. P. N. Franciscæ. R. Ut digni.
 ¶. Salvum fac servum tuum Domine. R. Deus meus. ¶. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor. ¶. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DEUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da famulo tuo in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Pro multis.

DEUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da famulis tuis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatae Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis foetura novæ proles amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione terrena despiciere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere.

Oratio.

DEUS, qui nos à sæculi vanitate conversos, ad bravium supernæ vocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perseveremus, infunde; vt protectionis tuæ muniti præsidij, quod te donante promissionibus, impleamus, & nostræ professionis sectatores effecti, ad ea, quæ perseverantibus in te, promittere, dignatus es pertingamus. Per Dominum, &c.

¶. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Duo Cantores dicant ¶. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

Deinde declaret Prælati indulgentias, quas lucratus est, qui promissus, & recommendet eum devotè omnibus Fratribus.

BENEDICTIO NOVÆ ECCLESIAE.

LEO X. concessit Generalibus, Provincialibus, ac Custodibus, necnon & Guardianis nostri Ordinis, ut omnia, & singula eiusdem Ordinis, & observantia Ecclesias, Cæmeteria, Capitula, & Oratoria ubicunque existentia, tam recepta, quàm recipiendæ; ac ornamenta, & paramenta, & alia quæcumque ad divinum cultum, & usum Fratrum necessaria, in quibus Christina non intervenerit, pro eorundem Fratrum usu tantum, solempni benedictione valeant benedicere. Et voluit, quòd hoc possint alij Fratres eiusdem Ordinis, qui ad hoc in Capitulis Generalis deputati fuerint.

De Ritibus, & Cæremonijs observandis in benedictione novæ Ecclesiæ.

IN primis paretur mensa extra Ecclesiam, circa portam principalem, supra per quam ponetur Manuale, dum dicuntur duæ primæ orationes. & Prælati indutus amictu, alba, stola, & pluviæ albi coloris, cum Diacono, & Subdiacono, dalmaticis indutis eiusdem coloris, stant extra portam Ecclesiæ, quæ clausa debet esse, cum Cruce erecta, & duobus Accipitribus cum cereis accensis, & postquam benedixerit aquam, ut solet in diebus Dominicis, & habetur in Missali Romano in fine, dicat sequentem orationem, postea Manuali super mensam, iunctis manibus ante pectus, & in tono orationis Missæ solenni

OREMUS.

Actiones nostras quæsumus Domine, aspirando præveni, & adiuuando proseguere, ut cuncta nostra oratio, & operatio, à te semper incipiat, & per te coepta finiatur. Per Christum, &c. Amen. Oremus, Deinde dicat Diaconus, Flectamus Genua, Subdiaconus, Levate.

Oratio.

Benedictio Ecclesie

471

Oratio.

Omnipotens, & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ ceteris gratiam contulisti, vt quidquid in tuo nomine dignè, perfectèque ab eis agitur, à te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, vt quidquid modò visitaturi sumus, visites: & quid quid benedicturi sumus, benedicas, sitque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, & Angeli pacis ingressus. Per Christum, &c. R. Amen.

Et Prælatus pulsat ad ostium Ecclesie ter, qualibet vice dicens,
 ♪ Tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales,
 & introibit Rex gloriæ. *Minister verò stans intus Ecclesiam dicat,*
 ♪ Quis est iste Rex gloriæ?

Et Sacerdos, & Clericus respondeant.

Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Et in tertia responsione Sacerdotis, Minister aperiat ianuas Ecclesie, & ingrediantur Clerus, & Sacerdos præcedente Cruce, & ceroferarijs, & vadant ad Altare maius, cantando sequentem Antiphonam.



Pax æ ter na ab æ ter no hu ic do.



mu i: pax pe ren nis Verbum Pa tris; fit

Gg 2

pax

Benedictio Ecclesia.



pax hu ic do mu i. Pa cem pi us con fo



la tor hu ic præ stet do mu i.

Et ibi genuflectunt omnes; & finita Antiphona cantent Hymnum Veni Creator Spiritus, fol. 456. Quo finito cantentur Litanias, prout habetur fol. 332. Et cum dixerint. ¶. Ut ad veram poenitentiam, surgit solus Sacerdos, & in eodem tono dicat hos tres versus sequentes, producendo signum Crucis manu dextera versus altare maius, dicens ¶. Ut Ecclesiam hanc ad honorem tuum, & nomen sancti N. visitare, ✕ & benedicere digneris. R. Te rogamus audi nos. In secunda ¶. Ut Ecclesiam hanc ad honorem tuum, & nomen sancti N. visitare, ✕ & benedi ✕ cere digneris. R. Te rogamus. In tertia ¶. Ut Ecclesiam hanc ad honorem tuum, & nomen sancti N. visitare, ✕ & bene ✕ dicere, & sancti ✕ ficare digneris. R. Te rogamus. Et iterum genuflectit, & Clerus prosequitur Litanias, & usque ad vitimum Kyrieleyson, & tunc surgunt omnes, & Sacerdos dicit: Oremus, & Diaconus: Flectamus genua, & Subdiaconus, Levate.

Oratio.

Magnificare, quæsumus Domine Deus noster, in Sanctis tuis, & hoc in templo, tibi ædificato appare, vt qui cuncta in filijs adoptionis operatis, ipse semper in tua hæreditate lauderis. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

ORE

Benedictio Ecclesie.

473

O R E M U S.

PRæveniat nos, quæsumus Domine, misericordia tua: & intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces nostras clementia tuæ propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. *Re. Amen.*


Postea dicant sequentem Antiphonam, cum Psalm.



Hæc est domus Do mi ni; fir mi ter æ di-



fi ca ta, be nè funda ta est fu pra



fir mam petram. *Psalm.* Læ ta tus sum.

Quo Psalmo finito repetitur Antiphona. Et Sacerdos ea repetita dicat. Domine dilexi decorem domus tuæ. Re. Et locum habitacionis gloriæ tuæ. Ps. Domine exaudi. Ps. Dominus vobiscum, Oremus. Et Diaconus dicit, Flectamus genua, Subdiaconus, Levate.

Oratio.

DEUS, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domum gratiam tuam, vt ab omnibus hîc nomen tuum invocantibus, auxilium misericordiæ tuæ sentiatur. *Per Christum. Re. Amen.*

Gg4

Ora

Oratio.

DEUS sanctificationum, omnipotens dominator, cuius pietas sine fine sentitur: Deus, qui cœlestia simul, & terrena complecteris, servans misericordiam tuam populo tuo ambulanti ante conspectum gloriæ tuæ: exaudi preces servorum tuorum, vt sint oculi tui aperti super domum istam die, ac nocte. Hanc quoque Basilicam in honorem sanctæ, & victoriosissimæ Crucis, & memoriam sancti tui N. sacris mysterijs institutam, clementissimus dedica, miseratus illustra, proprio splendore clarifica, omnemque hominem venientem adorare te in loco isto placatus admitte, propitius respicere dignare: propter nomen tuum magnum, & manum tuam fortem, & brachium tuum excelsum, in hoc tabernaculo tuo supplicantes libens protege, dignanter exaudi, æterna defensione conserva: vt semper felices, semperque in tua religione lætantes, constantes in sancte Trinitatis confessione, fide Catholica perseverent. Per Dominum, &c. *Re. Amen.*

Finita oratione Sacerdos circuit Ecclesiam à parte interiore his; in prima aspergens aqua benedicta totam Ecclesiam, incipiens in modum Crucis ab Altari maiori: in secunda incenset totam Ecclesiam, dicens interim Antiphonam: Asperges me, cum Psalmo Deus miseretur nostri, cum Gloria Patri. Et his finitis redeat coram altari & dicat:

ψ. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Re. Et salutare tuum da nobis. ψ. Domine exaudi. ψ. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

EXaudi nos Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, soveat, protegat, visitet, & defendat omnes habitantes in hoc loco sancto tuo. Per Christum Dominum nostrum. *Re. Amen.*

Qua finita dicat.

Et benedictio Dei omnipotentis Pa **✠** tris, & Fi **✠** lii, & Spi **✠** ritus sancti descendat, & maneat super hanc domum, & super omnes habitantes, vel conuenientes in ea. *Re. Amen.*

O R D O

ORDO AD RECONCILIANDAM Ecclesiam.

ECCLESIA consecrata cum polluitur, ab Episcopo loci, sive ab alio
extitencia proprij, reconciliatur.

Ecclesia, que non est consecrata, sed solum benedicta, cum polluitur,
vel sanguinis, vel seminis effusione, à Sacerdote quolibet reconciliatur, cum
aqua ab ipso benedicta. Hanc opinionem tenet Nauarrus in Manuali
cap. 27. num. 251. §. de Ecclesia polluta. Silvester verbo, Consecratio
2. §. 8. & hanc similiter recepit Manuale Toletanum, titulo de reconcilia-
tione Ecclesie.

De Caremonijs in reconcilianda Ecclesia:

SACERDOS reconciliaturus Ecclesiam, indutus superpelliceo, & stola
violacei coloris, præcedentibus Cruce, & ceterarijs cum cereis ac-
cessis, & alio Acolito cum aqua benedicta, accedit ad locum contaminatum,
& dicit:

In nomine Pa tris, & Fi lii, & Spiritus sancti. Amen.

Dei no dicit Antiphonam, Asperges me Domine, &c. & Psalmum,
Miserere mei, totum cum Gloria Patri, &c.

Dum Psalmus dicitur, Sacerdos aspergit aqua benedicta locum pollu-
tum, & repetita Antiphona, dicit. Kyrie eleison, Christe eleison. Ky-
rie eleison. Pater noster. V. Et ne nos. R. Sed libera nos. V.
Domum tuam decet sanctitudo Domine. R. In longitudinem die-
rum. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus.
V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui dixisti: Domus mea domus orationis vocabitur: don-
num istam sanguinis effusionem, vel spurcitijs contaminatam,

mundare, & sanctifi ✠ care digneris: vt omnium preces; & vota in hoc loco ad te clamantium, clementer exaudias, & benignè perficias. Per Christum Dominum nostrum. *Re.* Amen.

OREMUS.

DEUS, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde su- per hanc domum bene ✠ dictionem tuam, vt ab omnibus hic invocantibus nomen tuum, defensionis tuæ auxilium sentiat. Per Christum. *Re.* Amen.

OREMUS.

DEUS, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde su- per hanc domum bene ✠ dictionem tuam, vt ab omnibus hic invocantibus nomen tuum, defensionis tuæ auxilium sentiat. Per Christum. *Re.* Amen.

OREMUS.

DEUS, qui omni loco dominationis tuæ, clemens, atque be- nignus dedicator, & sanctificator assitis, exaudi nos quæsumus per merita tuæ sanctæ passionis, & per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum concede, vt in posterum inuolabilis huius loci permaneat reconciliatio: & beneficia tua ad te clamantes, in hoc sancto, & vbiq; percipere mereantur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *Re.* Amen.

Deinde procedunt ante altare maius, & Sacerdos dicit *Ps.* Sacera- dotes tui induantur iustitiam. *Re.* Et sancti tui exultent. *Ps.* Domine exaudi. *Re.* Et clamor. *Ps.* Dominus vobiscum. *Re.* Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne Deus, qui superbis resistis, & gratiam præstas humilibus: tribue quæsumus, vt non indignationem tuam provocemus elati, sed propitiationis tuæ capiamus dona subiecti. Per Dominum nostrum, &c. *Re.* Amen.

**Benedictio Sacerdotalium indumentorum in genere,
sive in specie, ex Missali recognito.**

HÆC benedictio etiam deservit pro indumentis in singulari, eo quod Missale recognitum Clementis VIII. nullam aliam benedictionem ponit, præter sequentem: Et licet in Manualibus antiquis nostri Ordinis quædam benedictiones pro singulis indumentis ponantur, non eis utendum est, sed tanquam modo benedictione sequenti.

ÿ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit. V.
Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui per Moysen famulum tuum Pontificalia, & Sacerdotalia, seu Levitica vestimenta, ad splendendum in conspectu tuo ministerium eorum, ad honorem, & decorem nominis tui fieri decrevisti: adesto propitium invocationibus nostris, & hæc indumenta Sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostræ humilitatis servitium purifi ✕ care, bene ✕ dicere, & conse ✕ crare digneris: ut divinis cultibus, & sacris mysterijs apta, & benedicta existant: his quoque sacris vestibus Pontifices, & Sacerdotes, seu Levitæ tui induti, ab omnibus impulsionibus, seu tentationibus malignorum spirituum muniti, & defensi esse mereantur: tuisque mysterijs aptè, & condignè servire, & inhærere, atque in his tibi placitè, & devotè perseverare tribuè. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

DEUS, invictæ virtutis triumphator, & omnium rerum creator, ac sanctificator: intende propitius preces nostras, & hæc indumenta Leviticæ, Sacerdotalis, & Pontificalis gloriæ, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✕ dicere, sanctifi ✕ care, & conse ✕ crare digneris: omnesque eis utentes, tuis mysterijs aptos,
&

Benedictio mapparum, &c.

& tibi in eis devotè, aut laudabiliter servientes, gratos efficere digneris. Per Christum Dominum nostrum. *Re. Amen.*

OREMUS.

Domine Deus omnipotens, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus, & Levitis, in usum tabernaculi fœderis necessaria, Moysen famulum tuum agere iussisti, eumque spiritu sapientiæ ad id peragendum replevisti: hæc vestimenta in usum, & cultum mysterij tui bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare, & conse ✠ crare digneris: atque ministros altaris tui, quia ea induerunt, septiformis spiritus gratia dignanter repleti, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerij congruentis immortalitate vestiri. Per Christum. *Re. Amen.*

Deinde aspergit indumenta aqua benedicta.

*Benedictio mapparum, & tobalearum, sive
lintheaminum altaris.*

✠. Adiutorium nostrum. ✠. Dominus vobiscum.

OREMUS.

Exaudi Domine preces nostras, & hæc lintheamina sacri altaris vivi præparata bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. *Re. Amen.*

OREMUS.

Domine Deus omnipotens, qui Moysen famulum tuum ornamenta, & lintheamina facere, per quadraginta dies docuisti, quæ etiam Maria texuit, & fecit in usum ministerij tabernaculi fœderis: bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare, & conse ✠ crare digneris hæc lintheamina, ad tegendum, involuendumque altare gloriosissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *Re. Amen.*

Bened

ψ. Adiutorium nostrum. ψ. Dominus vobiscum.

OREMUS.

Clementissimè Domine, cuius inenarrabilis est virtus, cuius mysteria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue quæsumus, vt hoc linteamen tuæ propitiationis bene ✠ dictione sanctificetur ad consecrandum super illud corpus, & sanguinem Dei, & Domini nostri Iesu Christi filij tui. Qui tecum vivit, &c.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare; & conse ✠ crare digneris linteamentum ad tegendum, involuendumque corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi filij tui. Qui tecum vivit, &c.

OREMUS.

Omnipotens Deus, manibus nostris ofem tuæ benedictionis infunde: vt per nostram bene ✠ dictionem hoc linteamen sanctificetur, & corporis, & sanguinis Redemptoris nostri novum sudarium, & Spiritus sancti gratia efficiatur. Per eundem Dominum, &c. in vnitatem eiusdem Spiritus sancti Deus, &c. *Be. Amen.*

Aspergit aqua benedicta.

*Benedictio Vasculi pro sacrosancta Eucharistia
conseruanda.*

ψ. *Vt suprâ.* Adiutorium. ψ. Dominus vobiscum.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices deprecamur, vt vasculum hoc pro corpore filij tui Domini nostri Iesu Christi in eo condendo fabricatum, benedictionis tuæ gratia dicere digneris. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Aspergit aqua benedicta.

Bene.

Benedictio communis super fruges, & vineas.

ψ. Adiutorium nostrum, &c. ψ. Domine exaudi, &c.
ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

ORamus pietatem tuam omnipotens Deus, vt has primitias creaturæ tuæ, quas aeris, & pluviæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imber perfundas: & fructus terræ tuę vsque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, vt à fertilitate terræ esurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus, & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio nouæ Crucis.

ψ. Adiutorium; &c. ψ. Domine exaudi. ψ. Dominus vobiscum.

OREMUS.

ROgamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, vt digneris bene dicere hoc signum Crucis, vt sit remedium generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solamen, & protectio, ac tutela contra sava iacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Alia Oratio ad idem.

Benedic Domine, hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum à Dæmonum potestate, & superasti passione tua seggestorum peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vetitit sumptionem.

Hic aspergat aqua benedicta.

Benedictio Imaginum Iesu Christi. 481

Sanctificetur hoc lignum Crucis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vt orantes, inclinantesque se propter Dominum ante istam Crucem, inueniat corporis, & animæ sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante Crucem adorat deuotè, & osculatur, & idem faciunt Astantes.

*BENEDICTIO IMAGINUM IESU-
Christi Domini nostri, Beatæ Mariæ Virginis,
& aliorum Sanctorum.*

✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cœlum, & terram. ✠. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui sanctorum tuorum imagines (sive effigies) sculpi, aut pingi non reprobas, vt quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum, actus, & sanctitatem adimitandum memoriæ oculis meditamur: hanc, quæsumus imaginem (sæu sculturam) in honorem, & memoriã vnigeniti Filij tui Domini nostri Iesu Christi, vel Beatissimæ Virginis Mariæ Matris Domini nostri Iesu Christi, vel Beati N. Apostoli tui, vel Martyris, aut Confessoris, aut Pontificis, aut Virginis, &c. adaptata, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, & præsta, vt quicumque coram illa vnigenitum Filium tuum, vel Beatissimam Virginem, vel gloriosum Apostolum, sive Martyrem, sive Confessorem, aut Virginem, &c. suppliciter colere, & honorare studuerit, illius meritis, & obtentu, à te gratiam in præsentem, & æternam gloriam obtineat in futurum. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergat eam aqua benedicta.

Bene

*Benedictio agrorum, ut ab eis locusta, Bruchi, mures,
& alia animalia nociva expellantur, desumpta
ab Ordinario Gerundense.*

Sacerdos indutus super pelliceo, & stola violacei coloris veniens ad agrum, ubi sunt locustæ, Bruchi, vel alia animalia perversa dicat.

ÿ. Adiuutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cœlum, & terram. ÿ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligitur, & hanc verum, seu murium, aut locustarum, vel aliorum animalium calamitatem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur: ut per potentiam tuam expulsa, nulli noceant, & hos agros, vineas, aut aquas infecta dimittant: quatenus quæ ex in his orta fuerint, tuæ Maiestati deserviant, & nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

OREMUS.

OMnipotens sempiternæ Deus, bonorum omnium Auctor, & conservator, in cuius nomine omne genuflectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum; concede, ut quod de tua misericordia consili agimus, per tuam gratiam efficaciter consequantur effectas, ut scilicet hos vermes, mures, aut locustas, aut alia animalia nexia segregando segreges, ut ab ista calamitate liberati gratiarum actiones Maiestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

ORE

Bene dictio Agrorum.

483

O R E M U S.

DEUS, qui famulorum tuorum Moyfes, & Aaronis ministerio ab Ægyptijs pro gloria nominis tui locustas, bruchos, cini- phes, aliaque plagas iustitiæ in peccatores flagella avertisti, à filijs quoque Israel prohibuisti: à populo in te credente similiter calami- tates coerce, vt potentiam tuam, simul, & beneficentiam prædica- mus. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

O R E M U S.

LArgire, & conservare fructus terræ, dignare Domine Deus noster, vt temporalibus proficiamus incrementis. Per Chri- stum Dominum nostrum. *R.* Amen.

O R E M U S.

ORamus te Domine Deus noster, vt hos agros, aut vineas fere- nis oculis, & hilari vultu respicere digneris, tuamque super eos mitte bene ✕ dictionem, vt non grando surripiat, non turbo subvertat, non vis tempestatis detruncet, non æstus exurat, non animalia noxia corrodant, neque inundatio pluvix exterminet: sed fructus incolumes, vberesque vsui nostro ad plenam maturitatem perducas. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Benedictio Dei Omnipotentis Pa ✕ tris, & Fi ✕ lij, & Spiritus ✕ Sancti descendat, & maneat super hos agros, aut vinias, & eo- rum fructus. Amen.

Aspergantur aqua benedicta in modum Crucis.

EXorcizo vos pestiferos vermes, vel mures, vel aves, vel locu- stas, vel alia animalia per Deum Pa ✕ trem omnipotentem, & Iesum ✕ Christum Filium eius, & per Spiritum ✕ sanctum ab vtroque procedentem, vt confestim recedatis ab his campis, seu vi- neis, vel aquis, nec amplius in eis habitetis; sed ad ea loca tran- seatis, in quibus nemine nocere possitis pro parte, & totius curiæ coelestis, & Ecclesiæ sanctæ Dei, vos maledicens, quocumque ie- ritis, sitis maledicti, deficientes de die in diem, in vos ipsos de-
Hh
cref.

crecentes quatenus de vobis reliquæ nullo in loco inueniantur, nisi necessari ad salutem, & vsum humanum, quod præstare dignetur, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

Ex parte Sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & per merita intemeratæ Virginis Mariæ Matris Dei, & Sanctorum Augustini, Gregorij, Nicolai de Tolentino, Zenonis, Gemiani, & sanctæ Catharinæ, & omnium Sanctorum præcipio vobis diabolis, doemonibus, spiritibus immundis, vbicumque habitastis, & habitatis in his terminis, & oppido N. vel ad quoscumque pervenerit hoc meum mandatum, seu potius mandatum Domini nostri Iesu Christi sub pœna reclusionis in inferno per annos mille, ibique tradendi per singulos vestrum in fulgur ignis ardentis, vt in trium dierum spatio ab hac die N. mensis N. anni. N. vsque in diem tertium, quem vobis assigno pro termino præciso, & peremptorio dispergatis, & dispergere faciatis per vos, & singulos vestrum has locustas, bruchos, vermes, tosquitas, culones, aut quæcumque animalia nociva, corrodentia fructus terræ in terminis, & oppido N. in locis silvestribus, & incultis; ita, vt non reviviscant, non noceant, herbis, fructibus, vineis, segetibus, leguminibus, hortis, arboribus, & alijs quibuscumque rebus vsui humano deputatis. Hoc facite constricti, & vincti, & coniurati, per eum, qui vos de cœlo ad terram deiecit, & per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Christus enim imperat ✠ vincit, & ego minister Christi, seu Sacerdos notifico vobis doemonibus, diabolis, & spiritibus immundis hoc mandatum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

OREMUS.

OMnipotens æterne Deus, qui electos sanctos tuos Georgium, Blasium, Erasmus, Pantaleonem, Vitum, Christophorum, Dionysium, Cyriacum, Eustachium, Achatium, Ægidium, Margaritam,

Benedictio Agrorum.

485

ritam, Catharinam, & Barbaram specialibus decorasti privilegijs; vt omnes, qui in sua tribulatione, eorum implorant auxilium, tecum dum promissionis tuæ gratiam, petitiones suæ salutarem consequantur effectum. Da nobis quæsumus nostrorum veniam peccatorum: vt ipsorum intercedentibus meritis ab omnibus adversitatibus, & ab hac bruchuum, *vel* locustarum persecutione nos liberare digneris. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Coniuro vos ✕ omnes spiritus maligni, vbicumque sitis, & habitatis: ad vos, & contra vos perveniant, & veniant potenter, & fortissimè omnes meæ coniurationes, & vos ambient verba mea, & potenter affligant, & cogant per omnipotentiam magni Dei Omnipotentis velle meum facere ad honorem, laudem, & gloriam ipsius Dei mei Omnipotentis, & per ista sancta nomina Domini nostri Iesu Christi Tetragrammaton, Adonai, Sabaoth, Eloiu, Iesus, & omnia ipsius Dei nomina; vt hæc animalia auferatis, & in loca silvestria, vbi nulli noceant ire constringatis festinanter. Per illum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

O REMUS.

Sancta Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo in mulieribus, filia, & ancilla Altissimi Regis Patris coelestis, Mater Sanctissima Domini nostri Iesu Christi, Sponsa Spiritus sancti ora pro nobis cum sancto Michael Archangelo, & omnibus virtutibus coelorum, & omnibus sanctis tuum sanctissimum Filium dilectissimum Dominum nostrum, & Magistrum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula seculorum. Amen.

Pro intercessione S. P. N. Francisci Añã. & Oratio.

Salve Sancte Pater, &c. ✕. Ora pro nobis. *Oratio.* Deus, qui Ecclesiam tuam beati Patris nostri Francisci meritis foetu nostræ prolis amplificas: tribue nobis; ex eius imitatione, terrena

Confirmatio Abbatisse.

despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere;
Per Christum Dominum nostrum. *℞.* Amen.

Hic possunt addi Evangelia, & Orationes pro devotione coniurantis.

Confirmatio Abbatisse.

Primò, electione facta, & à Visitatore approbata, cantatrix incipiat
Hymn. Te Deum. Cum quo processionaliter deducant electam ad
Ecclesiam, & quousque finiatur, Te Deum laudamus, coram altari iaceat
prostrata. Quo finito, dicat. Visitator *ψ.* Confirma hoc Deus, quod
operatus es in nobis. *℞.* A templo sancto tuo, quod est in Ierusalaj
lem. *ψ.* Dominus vobiscum. *℞.* Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Actiones nostras, quæsumus Domine aspirando præveni, & ad
iuvando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio, à te
semper incipiat, & per te coepta finiatur. Per Christum. *℞.* Amen.

*Postea revertatur ad Capitulum, & det ibi sigillum Visitator coram
omnibus Abbatisse, & mandet illi per obedientiam, vt exequatur ex tunc
iunctum sibi officium; & sororibus universis, vt obediant ei in omnibus,
quæ ad suum officium pertinebunt.*

Benedictio habitus mulierum, siue parvulorum.

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *℞.* Qui fecit.

ψ. Dominus vobiscum. *℞.* Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui vestimentum singulare, ad indumentum æternæ iu-
cunditatis tuis fidelibus promissisti, clementiam tuam suppli-
citer exoramus: vt hoc indumentum, humilitatem cordis, & muni-
di contemptum significans, quo famulos tuos (vel famula tua) in-
fari

Benedictio habitus mulieris, sive par uuloriz. 487

sancto, ac firmo proposito vestiri desiderat, propitius bene ✠ dicas, & castitatis habitum, quem, te inspirante, suscepit, te protegente custodiat: vt quem (vel quam) sacre Religionis veste induis temporaliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Christum. R. Amen.

Deinde aspergat indumentum, & induendum aqua benedicta, & cum induerit dicat Antiphonam. Immittat te Dominus sanctum Religionis amorem, sanctoque fervore succendaris, & ardeas coelestium bonorum desiderio. *Deinde postquam fuerit indutus, dicat sequentem orationem.*

OREMUS.

Domine Iesu Christe, qui pro nostra salute suscipiens humanam naturam, te vestimento carnis induere dignatus es, benedictione sancta tua bene ✠ dic istum famulum tuum (vel istam famulam tuam) qui (vel quæ) cum omni devotione, ac veneratione beati Patris nostri Francisci hoc indumentum super te suscepit: infunde in eum (vel in eam) quæsumus tuam sanctam benedictionem, vt intercedente Beatissimo Patre nostro Francisco, defendat super eum (vel super eam) gratia tua, quæ protegat eum (vel eam) ab omni malo mentis, & corporis. Qui vivis, & regnas, R. Amen.

Benedictio Chordæ.

✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ✠. Qui fecit.
✠. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui pietatis misericordia, peccatoribus quærentibus veniam, & misericordiam tribuisti: oramus immensam clementiam tuam, vt hanc chordam bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris, vt quicumque (vel quæcumque) pro peccatis suis cincti (vel cinctæ) fuerint, & misericordiam tuam im-

plora verint; veniam, & indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ consequantur. Per Christum Dominum nostrum. *ꝛ.* Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Cum autem cingitur chorda dicat: Accipe chordam super lumbos tuos, vt sint lumbi tui præcincti in signum castitatis, & temperantiæ. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. *ꝛ.* Amen.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, lux vera de vero lumine, quæsumus clementiam tuam, vt per intercessionem Beatissimi P.N. Francisci Confessoris tui, mentem, & cor huius famuli tui (*vel famulæ tuæ*) illumines, vt tibi casto corpore famuletur, & corde mundissimo iugiter placeat. Qui vivis, & regnas. *ꝛ.* Amen.

Suffragia in Capitulis Fratrum, dici solita.

Peracta confessione generali, & absolutione, surgant Fratres, & dicant alternatim Psalm. Ad te levavi, cum Gloria Patri. Psalm. De profundis. ꝑ: Requiem æternam. ꝑ: Kyrie eleison. Pater noster. ꝑ: Et ne nos. ꝑ: Memento congregationis tuæ. ꝑ: Salvos fac seruos tuos (vel ancillas tuas) ꝑ: Aporta inferi. ꝑ: Requiescant in pace. ꝑ: Domine exaudi orationem meam. ꝑ: Dominus vobiscum.

OREMUS.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulos tuos Prælatos nostros, & se per cunctas Congregationes illis commissas spiritum gratiæ salutaris, & vt in veritate tibi conplaceant: perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde.

Oratio.

Prætende Domine, famulis, & famulabus tuis dexteram celestis auxiliij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant consequi mereantur, *Oratio.* Deus veniæ largitor, &c. *Oratio.*

Fi.

Absolutio pro Apostatis in singulari. 489

Fidelium Deus omnium conditor, &c. *ψ.* Requiem æternam. *ψ.* Requiescant in pace. *℞.* Amen. Pater noster.

Absolutio pro Apostatis in singulari.

*Congregatis capitulariter Fratribus, & in presentia omnium adductus apostata, & cognita coram Prælato, ceterisque Fratribus culpa sua, petitaque à Prælato venia, atque pœnitentia, surgant omnes Fratres; stantesque dicant Psalm. Miserere mei Deus, cum Gloria Patri, & interim flagelletur apostata, & ad quemlibet versum saltem unum infligatur flagellum. Finito Psalmo dicitur Kyrie eleyson. Pater noster. secretò. *ψ.* Et ne nos inducas in tentationem: *℞.* Sed libera. *ψ.* Salvum fac servum tuum Domine. *℞.* Deus meus sperantem in te. *ψ.* Esto ei Domine turris fortitudinis. *ψ.* A facie inimici. *ψ.* Domine exaudi orationem. *ψ.* Dominus vobiscum.*

OREMUS.

DEUS, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram: vt hunc famulum tuum, quem sententia excommunicationis ligat, miseratio tuæ pietatis absolvat: Per Christum. *℞.* Amen.

Postea dicar:

Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum eius Petri, & Pauli, & auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & privilegiorum nostro Ordini concessorum, & mihi in hac parte commissa, ego te absolvo ab isto vinculo excommunicationis, quo teneris, & quo ligaris per apostasiam, & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.
℞. Amen.

Absolutio pro Apostatis in plurali.

Finito Psalmo, Miserere, dicitur Kyrie eleyson, Christe, Kyrie, Pater noster, secretò. ̄. Et ne nos inducas. ̄. Sed libera. ̄. Salvos fac servos tuos Domine. ̄. Deus meus sperantes in te. ̄. Esto eis Domine turris fortitudinis. ̄. A facie inimici. ̄. Domine exaudi. ̄. Dominus vobiscum. ̄. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DEUS, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram: vt hos famulos tuos, quos sententia excommunicationis ligat, miseratio tuæ pietatis absolvat. Per Christum. ̄. Amen.

Postea dicat.

Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum eius Petri, & Pauli, & auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & privilegiorum nostro Ordini concessorum, & mihi in hac parte commissa, ego vos absoluo ab isto vinculo excommunicationis, quo tenemini, & quo ligamini per apostasiam, & restituo vos sanctis Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ̄. Amen.

AD RECIPIENDVM REGEM, SIVE PRINCEP-
pem, cum prima vice ad Conventus nostri
Ordinis accesserit.

CVM Rex fuerit circa Ecclesiam, Fratres ordinatè, & processionalitè, ritu veniant ad portam Ecclesiæ, hoc modo. Præcedit Acolythus, cum vase aqua benedictæ, & aspersorio, sequitur Subdiaconus, sive Acolythus.

Ad recipiendum Regem, siue Principem. 491

lytus cum Cruce, inter duos Acolythos cum candelabris accensis; deinde Fratres per ordinem: ultimo Prælatus Crucem in manibus deferens, cum Diacono à dextris, & Subdiacono à sinistris, Rex cum accesserit ad introitum Ecclesie genuflectit super tapete stratum, & pulvinum ibi paratum; ubi Prælatus offert Crucem osculanda Regi, faciendo reverentiam profundam ante, & post; & statim tribuit Crucem Subdiacono à sinistris, stanti, & accepto aspersorio de manu Diaconi stantis à dextris, sine osculo manus, reverentia facta, ut supra, aspergit Regem aqua benedicta, deinde alia circumstantes, & reverso aspersorio Diacono, & reassumpta Cruce de manibus Subdiaconi, Cantores incipiunt Hymnum, Te Deum laudamus (invenies illum propè finem) & vadunt omnes processionali ritu, ut supra, ad Capellam maiorem, ubi circa infimum gradum altaris maioris erit faldistorium, siue genuflexorium pro Rege. Subdiaconus Crucem deferens, ne terga vertat Regi, ascendat ad altare maius cum cereforarijs, ad latus Epistole, & Prælatus indutus, cum ministris, similiter ascendat: & cum Rex accesserit ad suum genuflexorium orabit: tum Prælatus stans versus Regem orantem, finito Hymno, Te Deum, ministris similiter stantibus, & librum tenentibus cantabit ea que sequuntur:

